

re, & interruptio non fit sine animo, Bald. consil. 267. in causa Petri, in princip. lib. 3. Quod cum generaliter sit verum, specialius tamen apparet in casu presenti, quia Episcopus potius voluit approbare, quam interrumpere prescriptionem cumulatam Præpositi.

17 Primò, quia citatus ab executorè Apostolico in reservatione instituti, acquievit sententiæ postea late ad favorem Præpositi, cum ab ea non appellaverit. l. final. C. de sent. que pro cer. quat.

18 Deinde ob annuas visitationes Episcoporum, ex quibus elicitur eorum scientia, & patientia Rot. divers. par. 2. decis. 106. n. 8.

Tertiò, ob institutiones Præpositi multiplicatas, & effectum fortis spatio supra centum annorum. Salic. in l. Auctoritatem, vers. Quarto, de quest. facti, C. inde vi. Rot. divers. decis. 28. num. 7. par. 1.

Quartò quia Examinatores Synodales Episcopi diversis temporibus sæpius approbarunt Presbyteros coram Præposito presentatos, ac postea ab ipso institutos, ut patet ex publicis instrumentis ac exhibitis in fasciculo fol. 45. à tergo, & in fol. 150. & seq.

Ac postremò quia cum Promotor fiscalis Episcopi anno 1601. præcepisset Præposito ne se ingereret in quadam præsentatione facta prius coram eo, & postea coram Vicario Episcopi; idem Vicarius cognita preventione Præpositi, remittit causam ad eum tanquam jurisdictionem cumulativè habentem cum Episcopo ex Bulla Eugéniana, & aliis privilegiis, ut ex authentica scriptura signata littera E. Atque ita elicitur ex parte Episcopi animus approbandi potius quam interrumpendi prescriptionem Præpositi, non solum ex juris prescriptione, sed etiam ex actibus positi jus, ut dictum est.

19 Ex quibus sublata sunt etiam argumenta, quæ supra in contrarium retilimus; nam quod in contròversa possessionis præferri debeat possessio Episcopi tanquam titulata, procedit quando possessio unius non est compatibilis cum possessione alterius, juxta l. Si duo, ff. ut possid. tunc enim cum una, & eadem res non possit à pluribus in solidum possideri. l. Si ut certò, §. Duo-  
bus vehiculum, ff. comm. Si probationes utrinque sine pares, possessio titulata præfertur. c. Licet causam, de probat. At secus est in his, quæ possunt esse apud plures in solidum, ut hoc casu, quia tunc unusquisque in sua possessione conservatur, & est locus cumulativæ ut jam probavimus.

Et eodem modo respondetur ad id, quod dicitur suam prescriptionem Præpositum interrupisse, quia aliquando instituit tanquam Vicarius per doctrinam gloss. in l. Cum natus finis, §. Imò, & §. Illud, verb. Innovata, circa fin. vers. Etiam quædam, C. de prescrip. 30. annor. & Pat. decis. 132. num. 6. lib. 2. Nam d. gloss. habet locum in rebus corporalibus tantum, quæ non possunt à pluribus in solidum possideri, vel in actibus de directo contrariis; tunc enim actus gestus nominè alterius propriam possessionem interrumpit; quia nimirum possessio unius est exclusiva possessionis alterius, juxta terminos d. l. Si duo. At verò in incorporalibus, & aliis non opposita non est ita, quia cum possit esse in solidum

apud plures, propria quasi possessio non excluditur per actum alieno nomine gestum, sicut non interrumpitur per alium exercitium alterius, ut abunde diximus, atque ita declarat Pat. de decis. 188.

Cætera verò quod jus instituendi non possit acquiri prescriptione, quod Præpositus non habeat titulum, nec bonam fidem, quod eius institutiones pluribus patiantur defectus, & quod illas cassaverit sententia arbitramentalis Ormanetti, jam plene sustulit S. Congregatio in priori decisione huius causæ; & ita resolutum, ut dixi in cap. Cum Ecclesia Sutrina, num. 24. supra de caus. possess. & propriet.

DE PRÆSCRIPTIO-  
NIBUS.

Cap. Cum olim.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbas in Capella prescribere potest iura Episcopalis, sed obinet in his solis, quæ prescripti. & num. 10.
- 2 Loca adiacentia præsumuntur de iurisdictione illius civitatis, cuius territorio magis adiacent.
- 3 Compromitti potest de iuribus Ecclesiæ in Clericis ipsius.
- 4 Prælati in iuribus Ecclesiæ suæ potest esse arbiter, & iudex.
- 5 Episcopus fundat intentionem de iure communi super iurisdictione universalis in omnibus Ecclesiis sue diocesis.
- 6 Si iurisdictione spiritalis sit; secus si temporalis.
- 7 Diocesanus solus dicitur Episcopus.
- 8 Ordinarius dicitur quilibet habent in loco ordinariam iurisdictionem.
- 9 Diocesan appellacione an, & quando veniat inferior Prælati.
- 10 Prælati inferior potest prescribere iura Episcopalia contra Episcopum, licet non sit exemptus ex privilegio.
- 11 Prescribere potest inferior contra Episcopum in instituti-  
endi, & desituendi.
- 12 Et quid institutione auctoritatis.
- 13 Prescribere an possit inferior ius ordinandi Clericos tam  
per se ipsam, quam per alium.
- 14 Et quid post Concilium Tridentinum. & num. seqq.
- 15 Regularæ non possunt suos subditos ordinandos admitte-  
re nisi ad Episcopum abceperint.
- 16 Et quid sine nullius diocesis.
- 17 Baptismus, id est ius tenendi in Ecclesiis fontem baptismale-  
m, potest prescribi.
- 18 Prælati inferior an possit prescribere ius absolvendi à  
casibus Episcopo reservatis.
- Et quid post Concilium Tridentinum. num. 21. usque ad  
num. 25.
- 19 Iurisdictione bassa facilius prescribitur, quam merum  
imperium.
- 20 Prescribi possunt per inferiorem Episcopo omnia, quæ  
sunt iurisdictionis, & dignitatis Episcopalis.
- 21 Casum reservatio facta ab Episcopo diocesano non affi-  
cit personas nullius diocesis.
- 22 Prescriptio iurisdictionis Episcopalis in certa parte  
diocesis.

- diocesis ecclesiæ Episcopo includit etiam facultatem  
sibi casu reservandi.
- 23 Casus sibi reservare an, & quando possit inferior Præ-  
lati. num. seqq.
- 24 Prescriptio non procedit in his, quæ sunt contra disci-  
plinam Ecclesiasticam.
- 25 Sepultura, seu ius libere recipiendi aliquem ad sepul-  
turam potest prescribi.
- 26 Quæritur Decimarum Episcopo debita prescribibilis est.
- 27 Monachus, qui præsit Ecclesiæ seculari non debet ibi  
divina officia celebrare iuxta vicum Monasterium, nisi  
ius prescripserit.
- 28 Prescribi potest ab inferiori Prælati potestas excommuni-  
candi, interdicendi, & absolvendi.
- 29 Prescribenti contra universales possidentem in certa  
artibus etiam animo acquirendi iurisdictionem uni-  
versalem illam universalius non acquirit, sed tan-  
tam prescribit, quantum exerceat.
- 30 Secus si nemo universalius possidebat, quæ totum præ-  
scribit, si ea intentione hoc faciat.
- 31 Possessio fundi ut acquiritur, non oportet omnes glebas  
circumambulare.
- 32 Iurisdictionem exercent in actu, retinet in omnibus, si  
habeat concessionem ab eo, qui ius concedendi habet.
- 33 Prescribenti unum alium universalius acquirit univer-  
sam iurisdictionem, si habeat causam universalem  
seu intentionem fundatam de iure communi.
- 34 Prescribens potestatem excommunicationis an censetur  
etiam prescribere potestatem interdicendi, suspen-  
dendi, & absolvendi. remissio.
- 35 Prælati inferior qui mittit iura prescriptione, non ob-  
tinet contra Episcopum nisi illam sufficienter probet.
- 36 Archiepiscopus Theatinus an sit manentibus in posse-  
sione visitandi loca subiecta Abbati Sancti Ioannis in  
Venere, donec Commendatarius ibi probaverit per rem  
indicatam se in illa utraque iurisdictionem exercere.  
& num. seq. usque in fin.
- 37 Abbatia S. Ioannis in Venere ex sententia Rota est intra  
fines Theatine diocesis.
- 38 Episcopus potest causas matrimoniales, & criminales  
cognoscere, prædicando licentiam concedere, & Con-  
fessores approbare in locis intra suæ diocesis fines ex-  
istentibus, donec præbatur status nullius diocesis.
- 39 Visitatori Episcopi non substat loca, in quibus inferior  
exercet utramque iurisdictionem, nisi idem Episcopus  
maiorem in illi auctoritatem exerceat.
- 40 Congregatio Concilii questionis facti renitit ad indices  
competentes.
- 41 Prælati inferior ad excludendum Episcopum à visita-  
tione an docere debeat per rem indicatam de exercitio  
utriusque iurisdictionis in Parochos, & Parochian.
- 42 Episcopus habet absque iurisdictionem, & Concilii Tridentini  
super iurisdictione spiritali in omnibus Ecclesiis etiã  
regularibus intra fines sue diocesis, quædam non pro-  
bentur exempta.
- 43 Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 25. de Regu-  
lar. expenditur. num. 52.
- Monasteria in his, quæ pertinent ad animarum curam  
personarum secularium, substant iurisdictioni Episcopi  
diocesani ibidem.
- Nisi Abbas in loco Episcopalem, & temporalem iurisdictionem  
exerceat.
- 45 Non sufficit tamen nudum exercitium, sed requiritur  
iustus titulus.
- 46 Prælati inferiori an, & quando danda sit manentio  
contra Episcopum in exercitio iurisdictionis Episco-  
pali.
- 47 Monasterij S. Ioannis in Venere privilegia aquat
- 48 Iurisdictione Episcopali quibus consistet.

- 49 Exemptia non inducitur ex sola receptione sub protec-  
tione Sedis Apostolicæ.
- 50 Prælati inferior non potest iurare sola possessione con-  
tra Episcopum in interdicto retinenda.
- 51 Possessio titulata, & que sumentum habet à iure, præ-  
feritur in concursu.
- 52 Abbates allegantes utramque iurisdictionem onerantur  
daviore probatione, quam allegantes statum nullius  
diocesis.

CUM OLIM. Abbas in Capellis præscribere potest iura Episcopalia obtinet tamen in his solis, quæ prescripti. Hoc dicit. Dividitur in tres partes, In prima ponit petitionem Actoris, & ipsius iura. In secunda ponit iura Abbatis ibi, ad elidendam. In tertia diffinit ibi, Quia prælatum. Et abinde pro Episcopo.

Nota primo ibi, adiacentibus, loca adiacentia præsumi de iurisdictione illius civitatis, cuius territorio magis adjacent, arg. §. Infulce, Insti. de rer. divis. & hic notat Bald. num. 1. Hinc est ut quamvis visitare loca nullius diocesis, & illarum personas ordinare, & equæ dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere, non spectet ad Episcopum viciniorem, sed ad Episcopum intra cuius diocesis fines eadem loca sunt iura, ad prescriptum cap. 10. sess. 23. Concilii Tridentini tamen secus fit si loca ipsa sint omninò extra fines cuiusque diocesis; quia tunc prædicta facultas pertinet ad Episcopum, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est ex decreto c. 9. sess. 24. Præsumuntur enim dismembrata à territorio illius civitatis, cui magis adjacent, ut ex sententia S. Congregat. Cardinalium ipsius Concilii Interpr. scripti plenius in c. Nullis, inf. de Paroch.

Secundò nota ibi, Archiepiscopo, ac Primicerio Lucanis, juncta supra scriptione. In perlonas Ecclesiæ posse de iuribus ipsius Ecclesiæ compromitti. Nam Pontifex hic arbitrium approbat, ut patet in hinc capituli, & notat Jo. Andr. num. 4. in ver. Lucanis, dicens cordi tenendum, & remittit ad notata per se in cap. Cum inter, in ver. Subscribimus, de re iudic. & in Specul. in tit. de arbitro, §. Sequitur, vers. Sed nunquid Abbas, idem notant Butr. num. 6. in 2. notat. Cardin. num. 1. Anchar. & Abb. ambo in 5. notat. Quod intelligendum modo compromissum fiat in Clericos ut hic: aliàs secus, ut in cap. Contingit, supra de arbit. secundum Cardin. Non obstat textus in l. penult. ff. de arbit. quam Joan. Andr. allegat in contrarium. Siquidem illa lex secundum Abbatem nihil facit: tantum enim decidit neminem posse in re propria esse arbitrum, hic verò Archiepiscopo, & Primicerio non erant arbitri in re propria, sed in iuribus Ecclesiæ, super quibus nedum Ecclesiæ Clerici, sed ipse quoque Prælati potest esse arbiter, ut hic per eum. Et idem voluit Anton. de Butr. in c. Cum inter, §. 1. in l. col. infra. tit. prox. & Florian. in l. Si societatem, §. Arbitrorum, in princ. ff. pro soc. quos refert & lequitur Felin. hic num. 2. vers. Dum dicit Abbas Nec mirum, quia in causa Ecclesiæ suæ Prælati potest etiam esse iudex, cap. Si qua ergo, §. qu. 7. cap. Sicut, §. qu. 1. & c. Guisfariis, 23. quest. 4. & tenet gloss. unica in cap. Cum veniens, vers. Sic Episcopo Index est in causa Ecclesiæ suæ, & ibi Abb. & DD. sa-  
PRA

ita de iudic. & notat in c. 1. de pen. lib. 6. & hic per Butr. n. 12. vers. inducitur ad questionem.

1 Terrid nota ibi, ad fundandam intentionem tuam in commune, &c. Episcopum de iure communi fundare intentionem super jurisdictione universalis in omnibus Ecclesijs suis diocesis, ut hic, & in c. Omnes Basilice, 16. qn. 7. cum aliis hic allegatis in gloss. 1. & per Host. ante num. 1. in ver. in tua diocesi. Idem notat Cardin. in 1. notab. Butr. Anchar. & Abb. omnes in 3. notab. & latius dicam infra num. 42. Intellige in specialibus, in quibus Episcopus obtinet eo ipso quod probat Ecclesiam intra suae diocesis fines existere, quamdiu non probetur exempta. Secus vero in temporalibus, in quibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo. Textus est, in quo utrumque membrum probatur, in c. Cum venerabilis, ubi omnes notant, infra, de relig. domib.

7 Quarto nota ibi, tanquam Diocesanum Episcopum; appellatio Diocetani venire Episcopum tantum, non autem Praelatum inferiorem, hec habeat in loco ordinariam jurisdictionem. Quod tenet gloss. 1. in Clem. 1. vers. Item nota verbum Diocesanus, de vita, & honest. Cleric. & in Clem. 1. in ver. Diocesanis, de reuocari. & Abb. hic num. 1. in 4. notab. qui hinc colligit differentiam inter Diocesanum, & Ordinarium; nam Diocesanus dicitur solus Episcopus; Ordinarium vero etiam quilibet alius habens ordinariam potestatem in loco, ut in cap. Ordinarij, juncta gloss. in ver. Locorum Ordinarius, 6. gloss. in Clem. 1. in ver. Locorum Ordinarius, de testam. de quo plenè per Archidiaconum in cap. Licet Canon, num. 6. in ver. Ordinarius, de elec. lib. 6. Idque confirmatur etiam ex etymologia, & allusione vocabuli; nam Ordinarius dicitur qui habet ordinariam jurisdictionem; unde hoc nomen convenit cuilibet eam jurisdictionem habenti; Diocesanus vero dicitur, qui praestit diocesi, quod convenit soli Episcopo, ut in cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6. Fatetur tamen Abbas Diocetani appellatione comprehendi quemlibet habentem in loco ordinariam jurisdictionem ubi subiecta materia pariter est apta concernere tam Episcopum, quam alium Ordinarium. Et ita salvat quod scripsit Joan. Andr. in c. Ioannes, super ver. Diocesanus, de testam. Tu vero adde glossam in Clem. 1. §. Voluntas, in ver. Diocesanus, de foro comper. que notabiliter dicit pro Diocesanis intelligi eos, qui habent in loco Episcopalem jurisdictionem, vel quasi; dummodo tamen illam habeant privatè ad Episcopum. Quam glossam sequitur ibi Cardin. num. 2. in 4. quest. Imola n. 32. Abb. n. 15. & Vitalin. num. 4. Similis gloss. est in Clem. 1. in ver. Proprijs, de reb. Eccl. non alien. quam hic sequitur Felin. num. 1. vers. Secundo limita. per hoc enim inferior constituitur in proprio territorio, ut notat Gemin. post Joan. de S. Georgio in c. 2. col. 4. vers. Quero an inferiores Praelati ab Episcopis habeant territorium, de consen. lib. 6. & dixi plenissimè in c. significasti, de off. Archid. & in c. Cum contingat, de foro comper.

10 Quinto nota Abbatem, & sic inferiorem Praelatum posse praescribere iura episcopalia contra Episcopum, ut hic est casus secundum Jo. Andr. & omnes in Summa; concordat text in c. Auditi, supra eod. & quavis Host. hic in princ. in ver. Abbate, dicit hoc procedere, si Abbas

sit exemptus ex privilegio; quia alijs non potest praescribere iura episcopalia; tamen oppositum determinat Innoc. num. 2. Cui consentiunt Butr. n. 10. in ult. notab. & Anchar. num. 2. in 2. not. & Innocentij opinionem putat veriorum Abbas n. 4. in not. & in c. Auditi, & ibi dixi.

1 Sexto nota in ver. Quia praedictus Abbas, octo iura, quae contra Episcopum praescribi possunt ab inferiori Praelato, de quibus hic per Host. num. 2. vers. Sed hoc nota Joan. Andr. sub. n. 4. in ver. Offendit, Butr. n. 10. in 10. notab. & Abb. in 8. not.

2 Primò enim praescribi potest jus instituendi in ecclesijs, & Capellis, nec non jus destituendi. Et quod dictum est de iure instituendi, Abbas intelligit contra Hostiensem etiam de institutione autorizabili dicens hoc probari aperte in hac Decretali, ubi simpliciter institutio reservatur Abbati in plebe, & Capellis; & factus hoc prosequitur in d. c. Auditi supra eod. Tu vero hoc intellige ut dixi in c. Eam te, num. 3. supra de etat. & qual. & in c. Cum contingat, n. 31. 37. & sequitur de foro comper.

3 Secundo praescribi potest ordinatio Clericorum; quod duobus modis potest intelligi. Uno modo ut ipse Praelatus praescribat jus ordinandi Clericos per se ipsi. Et hoc casu iure communi inspecto, praescriptio procedit tantum quoad illos ordines quos inferior potest conferre, ut in c. Quoniam, 69. dist. 8. in c. Abbates, de priv. lib. 6. Dixi iure communi inspecto, qui ex Conc. Trid. c. 10. sess. 23. Abbatibus, & alijs inferioribus non licet primam tonsuram, vel minores Ordines conferre cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, non obstantibus privilegijs, praescriptionibus, vel consuetudinibus etiam inmemorabilibus. Unde aut Abbas vult ordinare suos subditos regulares, & non eget praescriptione, cum habeat potestatem eos ordinandi, ut in d. c. Quoniam, Aut vult ordinare sibi non subditos; & ei obstat Concilium, de quo dic latius ut scripsi in c. Cum contingat, de etat. & qual. in c. 8. de suppl. negl. & in c. Aqua, de consec. Eccl. Quo vero ad alios ordines, quos inferior non potest conferre, absolutum est etiam iure communi inspecto, non procedere praescriptione; quia quae sunt ordinis Episcopalis nullo unquam tempore praescribi possunt, cap. Quante, & ibi dixi, supra de consuet. & d. c. Aqua.

5 Alio modo ordinatio Clericorum potest intelligi ut Praelatus ius ordinandi praescribat non per se ipsum, sed per aliam, idest ut possit suos subditos ordinandos dimittere ad quem maluerit Catholicum Antistitem. Et de iure communi procedit praescriptio, ut hic, & in c. Veniens, infra, eod. Secundum Host. & alios praallegatos. Verum post Concilium Tridentinum secus dicendum est, quia Abbates, & alii inferiores Praelati Clericis secularibus litteras dimissorias nullo modo concedere possunt, ut ab alijs ordinentur, & quamvis possunt illas concedere suis subditis Regularibus; non possunt tamen eas dirigere nisi ad Episcopum Diocesanum, ut in c. 8. sess. 23. Aut si sint nullius diocesis, ad Episcopum intra cuius diocesis fines existant, ut praecipitur in d. c. 10. ubi derogat praescriptionibus, & consuetudinibus etiam inmemorabilibus. Quod si omnino sint extra fines cuiusque diocesis, & consuetudinibus etiam inmemorabilibus. Quod si omnino sint extra fines cuiusque diocesis, vel praescriptio non est in statu nullius diocesis, sed est simpliciter exemptus, ex sententia S. Congregationis Concilii, dimissoria dirigenda sunt ad viciniorum Episcopum, qui tanquam Sedis Apostolicae Delegatus

potest eos visitare ex decreto c. 9. sess. 4. ut dixi supra in primo notab. de quo vide quod scripsi latissimè in c. significasti, supra de offic. Archid.

17 Tertio praescribi potest baptismus, idest ut inferior Episcopus juxta habeat in Ecclesia tenendam fontem baptismalem, Simile in c. 2. de Capell. Monach.

18 Quarto praescriptibilis est poenitentia in levioribus culpis. Et hinc arguit Anton. de Butr. n. 3. in 11. notab. ut Praelatus inferior non possit praescribere jus poenitentiae injungendae quoad graviores culpas, & casus Episcopo reservatos, de quibus in cap. 2. de penit. Erremiss. lib. 6. Et videtur ex mente Baldi num. 2. in ver. In levioribus culpis, qui hic colligit baslam jurisdictionem facilius praescribi, quam merum imperium, de quo in l. More maiorum, ff. de iuris. om. iudic. & in l. Vires, c. de divers. offic. lib. 12. Sed oppositum tenet Abbas motus ea ratione, quia omnia, quae sunt jurisdictionis, & dignitatis Episcopalis, possunt per inferiorem Episcopum nomine sua Ecclesiae praescribi, ut in c. Auditi, supra eod. Et ad hunc textum respondet propterea hic dictum de levioribus, quia in illis diuinitate fuerat praescriptum; non tamen nec Abbatem potuisse praescribere in gravioribus.

21 Verum hanc controversiam sustulit Concilium Tridentinum de sacran. Penit. sess. 14. c. 7. de cas. refer. Unde in hoc articulo hodie sic distinguitur. Aut Abbas, vel alius inferior Praelatus ex privilegio Apostolico, vel legitima praescriptione non habet omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in certa parte diocesis, excluso Episcopo, itaut sit in statu nullius diocesis, secundum ea, quae scripsi latissimè in c. Nullus, infra de paroch. & tunc non eget praescriptione ad absolvendum a casibus Episcopo reservatis, quia reservatio Episcopi non afficit subditos ipsius Abbatis, cum non sint de sua diocesi, ut plenè probavi in c. Omnis, infra, de penit. & veniss. & Abbas ipse quoad subditos potest sibi casus reservare, ut mox patebit. Neque hoc casu est locus decreto Concilii in d. c. 7. de Cas. reservat. quia loquitur de reservatione, quam faciunt Episcopi in diocesis, ut patet ibi, Episcopus omnibus in sua cuique diocesi. At locus nullius neque est in diocesi Episcopi, ut dixit Rota decis. 207. num. 2. part. 2. divers. & factus notavi in c. Cum contingat, num. 32. 35. & 37. supra de foro comper.

Et in hoc primo casu salvari potest opinio Abbatis. Tunc enim inferiori suffragari potest praescriptio quoad absolutionem a casibus Episcopo reservatis, quando praescripserit totalem jurisdictionem Episcopalem, vel quasi privatè ad Episcopum in certa parte diocesis juxta terminos cap. Auditi, supra eod. & notata per glossam in Clem. 1. §. Voluntas, in ver. Diocesanus, de foro comper. Nam in dicta praescriptione jurisdictionis universalis includitur etiam jus sibi reservandi casus ut paulo infra patebit.

23 Aut inferior ex privilegio, vel praescriptione non est in statu nullius diocesis, sed est simpliciter exemptus, vel praescripserit iura Episcopalia in aliquibus tantum capitibus, ut fecerat iste Abbas in octo capitibus, de quibus in textu. Et

tunc non valet praescriptio absolvendi à gravioribus casibus Episcopo reservatis; quia cum inferior hoc casu ad hunc remaneat subiectus Episcopo Diocetano, nec ipse inferior possit quoad subditos casus sibi reservare; obstat illi reservatio Episcopi Diocetani. Unde ab ipso tantum absolutio petenda est ad praescriptum Concilii Tridentini in d. c. 7. Quod multò clarius procedit post decretum S. Congregationis negotij & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita editum jussu felicis recordationis Clementis VIII. super absolutione a casibus reservatis. Quod reservatur à Stephano Quaranta in Summa Bullarj in ver. Casus reservati, pag. 162. Et in hoc casu tenenda est opinio Antonij de Butrio: Magnopere enim pertinet ad disciplinam populi Christiani ut in qualibet diocesi adit Superior, qui possit graviora crimina reservare. Is autem in sua Diocesi non est nisi Episcopus. Neque enim in hoc suffragatur inferiori aliqui praescriptio; tum quia obstat Concilium; tum quia in his, quae sunt contra disciplinam Ecclesiasticam, praescriptio non procedit, cap. Cum inter, de Consuet. Felin. in cap. Accedentes, num. 6. supra eod. Bald. in tract. de praescrip. in 1. par. sexta part. principalis num. 7. Unde partes Sacerdotis sunt, cum extra mortis articulum nihil possit in casibus reservatis, id unum poenitentibus perferre ut ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant, ut legitur in d. c. 7. Et hanc distinctionem non obscure probavit S. Congregatio eiusdem Concilii interpres: nam consultata, an inferior aliquis ab Ordinario in ea parte diocesis, quae jurisdictioni sua subiecta est, possit sibi reservare aliquos casus, quemadmodum Ordinarij licet in suis diocesis; Die 5. Julii 182. respondit posse; si tamen habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in eo loco, & nulli Diocetano subdit nec ipse, nec eius subditi.

25 Quinto praescribi potest sepultura, idest jus recipiendi aliquem ad sepulturam liberè, ut in cap. Nims iniqua, §. 1. vers. Et fratres, inf. de excess. Prael.

26 Sexto Decimarum perceptio. Quod intelligi potest, primò ut Abbas praescriperit quartam decimarum Episcopo debitam, ut in c. de quarta, supra eod. secundum Hostien. & Ioann. Andr. Nam in perceptione decimarum Abbas non eget praescriptione cum de iure communi spectent ad plebem, c. Cum contingat, de decim. Deinde potest intelligi ut Abbas praescriperit decimas, ut caperet ad utilitatem sui Monasterij secundum Abbatem.

27 Septimò potest praescribi jus celebrandi divina in Ecclesijs Episcopo subiectis. Quod similiter potest intelligi duobus modis. Primò ut Abbas praescriperit facultatem liberè celebrandi in praedictis Capellis secundum Innocent. in sima in ver. Celebrandum. Et secundum hunc intellectum Praelatus regularis de iure communi non potest liberè celebrare in Ecclesijs secularibus sibi subiectis. Secundo modo intelligi potest ut Abbas praescriperit jus celebrandi in Ecclesia sibi subiecta juxta officium Monachale: nam de iure monachus, qui praestit Ecclesiae seculari non debet ibi officiare juxta ritum monasticum

arg. c. illa, 12. dist. & notat glossa unica in fine in c. De Manachis, 16. qu. 1. Et hic intellectus magis placet Hostien. *num. 5. in ver. de divinis officij. & in ver. sequen.* Abb. n. 5. *vers. Octavo in celebrandi.* ubi ait esse mente tenendum hoc esse præscriptibile & Joann. de Anan. *num. 3.*

28 Octavo, & ultimo præscriptibilis est potestas excommunicandi, interdicens, & absolvendi. Quod intelligunt Doctores respectu Clericorum & Ecclesiarum secularium; nam subditos suos potest Abbas de jure communi excommunicare sine alia præscriptione, ut in c. Sicut, de Simon. & in c. Cum in Ecclesiis, de matr. & obed. secundum Abb. n. 5. in fine.

29 Septimo nota ibi, Super iam dictis articulis, nec non ibi, Super alijs omnibus, ad præscriptionem unius articuli juris Episcopalis non inferri ad præscriptionem alterius sub eodem genere, prout sentit glossa. *in. hic & notat Butr. n. 5. in c. nat. ab. Calder. conf. 192. circa med. vers. In omnibus autem, alias 2. de præscript. Roman. conf. 368. n. 8. vers. Unde videmus, Abb. conf. 71. Videatur num. 1. lib. 2.* Atque ita alio exercente, & possidente universalem jurisdictionem in loco, si alius exerceat jurisdictionem in certis articulis, etiam animo acquirendi universalem jurisdictionem; Per hoc tamen illam non acquirit universaliter, sed tantum præscribit quantum possedit, & exercuit. Et ita est hic casus pro his, quæ notat Innocent in c. Dilectus, de Capell.

30 Monachis. Secundum Abb. hic nu. 6. Secus autem est si nemo universaliter possidebat; quia tunc ex uno actu inferitur ad præscriptionem aliorum ejusdem generis, ut ibi Innocent. notat, quando ea intentione hoc facit, ut universalem jurisdictionem acquirat, ut declarat Alexan. *conf. 68. num. 19. vers. Ad prædicta bene sacri, lib. 2. & probatur optime in c. 1. de relig. dom. ubi si dubitatur in cuius diocesi sit Basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo loco Episcopalia exercebat. Ad idem textus in l. Possideri, in princ. ff. de acquir. possess. ubi habetur ad acquirendam fundi possessionem non esse opus ut quis omnes glebas circumambulet, sed sufficere quamlibet partem fundi introire dummodo mente, & cogitatione hoc fiat, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere. Et hæc sit prima limitatio ad conclusionem: in superius propositam. Alia limitatio ponit Bart. in l. §. Si quis hoc interdicto, n. 1. ff. de iur. iur. actuque privato, ubi in præscribendo, inquit, jurisdictione, probata quasi possessione certi actus, in illo tantum actu præscribitur non in alijs; secus si haberet concessionem ab alio, qui habet ius concedendi; tunc enim si uteretur jurisdictione in actu uno, retineret in 33 omnibus. Itaque ex præscriptione unius actus inferitur ad præscriptionem alterius sub eodem genere, quando præscribens habet causam universalem, seu fundat intentionem de jure communi, quia tunc ex præscriptione unius actus universalis acquiritur universa jurisdictione, secundum theoreticam Innocentii communiter approbatam in d. cap. Dilectus, in princ. Oldrad. *conf. 354. num. 17. vers. Quanto opponitur. Feder. de Sen. conf. 130. Factum est tale, num. 2. vers. Sed contra. Bald. conf. 433. n. 7. lib. 3. plenè Alexan.**

alios cumulans in *conf. 68. Et visa, num. 18. lib. 2.* An autem præscribens potestatem excommunicandi videatur etiam præscribere potestatem interdicens, suspendendi, & absolvendi dic ut plenè per Abb. *hic n. 7. & Felin. in c. Auditi, in princ. n. 11. supra eadem,* ubi declarat doctrinam Abbatis hic. Et an, & quando qui potest excommunicare, possit absolvere, Vide per eundem Felin. in c. Passoralis, §. 1. de offic. Ordin.

35 Ultimo nota ibi, *sufficenter ostendit,* non sufficere ut inferior Prælati alleget se legitime præscripsisse jura Episcopalia ad hoc ut obtineat contra Episcopum, nisi de præscriptione huiusmodi plenam fecerit fidem, ut hic, & in c. Cum persona, de privi. lib. 6. Quod tamen declarat, ut latius dicam infra n. 46.

36 Ex facto quæsitum est, an Archiepiscopus Theatinus sit manutenendus in quasi possessione visitandi loca subiecta Abbatis S. Joannis in Venere, donec Commendatarius per rem judicatam probaverit se in illa utramque jurisdictionem Episcopalem, & Temporalem in Parochos, & Parochianos exercere.

37 Cum die 4. Maij 1612. in Rota decisum fuisset Abbatiam S. Joannis in Venere, circumscripto effectu, intra fines Theatinæ diocesis existere; ac deinde Archiepiscopus obtinisset mandatum de manutenendo in quasi possessione visitandi ipsam Abbatiam, ac loca ab ea dependentia, atque in illis ea, quæ à Concilio præscribuntur, exercendi: Postea S. Congregatio Concilii ab eodem Archiepiscopo consultata declaravit, donec per tres sententias conformes, vel unam, quæ in rem judicatam transferret dictam Abbatiam, ac loca illi subiecta nullius diocesis esse constitit. spectare ad Archiepiscopum Theatinum dumtaxat causas ibi matrimoniales, & criminales cognoscere, licentias concionandi concedere, ac Sacerdotes approbare ad confessiones audiendas. Sed cum Archiepiscopus vellet visitare in vim dicti mandati de manutenendo; oppositum fuit inter alia loca Abbatia subiecta extra Castrum de Fossilæca, Castrum de Rocca, & Villam S. Eulânij, in quibus Commendatarij dicte Abbatia exercebant utramque jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos; ac proinde exempta esse ab Archiepiscopi jurisdictione, & visitatione in vim c. 11. *sess. 25. de Regular.* Unde super his S. Congregatio consultata respondit, si Commendatarius dicte Abbatia in prædictis castris Episcopalem, & temporalem jurisdictionem exerceat, loca huiusmodi minime subesse jurisdictioni, & visitationi Archiepiscopi, & decretum ab ipsa Congregatione jamprius editum ad hunc casum non pertinere, nisi Archiepiscopus majorem in prædicta loca jurisdictionem exerceat. Cæterum an verè Abbas in supra dicta loca utramque jurisdictionem; aut Archiepiscopus majorem exerceat auctoritatem, non spectare ad iudicium Sac. Congregationis, sed in Rota, ubi causa pendet, esse discutendum.

41 Nunc itaque cum ad excludendam Archiepiscopi visitationem Commendatarius teneatur probare se in dicta loca exercere utramque jurisdictionem: Quaritur à S. Congregatione an de

de huiusmodi jurisdictione constare debeat per tres sententias conformes, vel unam, quæ in rem judicatam transferret, quemadmodum de statu nullius diocesis jam tenuit S. Congregatio, itaut interea Archiepiscopus non sit impediendus uti suo mandato de manutenendo in quasi possessione visitandi: An verò ad impediendam Archiepiscopi mentionem satis sit incontinenti docere de exercitio utriusque jurisdictionis per testes, scripturas, & alia eiuusmodi genera probationum.

42 Pro solutione supponendum est primò Episcopum habere assententiam juris, & Concilii Tridentini super jurisdictione spirituali in omnibus Ecclesiis intra suæ diocesis fines constitutibus, sive ille seculares, sive regulares existant, quoad non probentur exemptæ, ut de secularibus patet hic, & in c. Omnes Basilicæ, 16. q. 7. in c. Cum venerabilis, de relig. domib. & dictum est supra num. 5. in 3. notab. & de monasteriis est text. in c. Abbate, ubi notat gloss. in ver. Episcoporum, & in c. Monasteria, 18. quasi. 2. in c. Tua nobis, ubi id notat Dec. n. 16. de Confr. util. vel inutil. in c. Cum dilectum, & in cap. De Xenodochijs, de relig. domib. ubi Host. sub. n. 6. in ver. Per sollicitudinem, hic patet, inquit, manifestè quod monasteria, & alia loca religiosa, & pia ad Diocesanum pertinent de jure communi, de quo ipse Diocesanus petens, vel agens fundat intentionem suam, ut hic patet, & 16. q. 5. c. Si quis Episcoporum, & q. 3. c. 2. & 18. q. 2. c. Quidam Monachorum, Unde semper dabitur sententia pro eo, nisi privilegium, & aliud canonicum quod obstat, 18. q. 2. c. Abbatibus, de præscr. c. Non liceat, & de Instit. c. 3. ut c. Cau. venissent, cum alijs per eum allegatis; & decidit Rota decis. 78. n. 1. part. 1. divers. & statuitur decreto Concilii c. 11. *sess. 25. de Regula.* Nam ibi primo constituitur regula, ut monasteria curata in his, quæ pertinent ad animarum curam personarum secularium, subint jurisdictioni, & visitationi Episcopi, in cuius diocesi sita sunt.

44 Et quævis deinde excipiantur loca, in quibus Abbates utramque jurisdictionem exercent tamen cum Regula sit pro Episcopo, exceptio pro Regularibus; Episcopus dicitur habere juris assententiam, quoad exceptio à Regularibus conciliatur nec probata non fuerit, ut est text. in c. Cum Episcopi, & ibi gloss. in ver. Habere, de offic. Ordin. lib. 6. & tradit Bald. in c. 1. col. 2. de alien. iudic. mutat. cau. facta, & alij apud Dec. in l. n. 8. ff. de regul. iur.

45 Deinde supponendum est Concilium ubi eximitur jurisdictionem Episcopi Abbates utramque jurisdictionem exercentes, non esse intelligendū de his, qui nudum habent exercitium jurisdictionis absque ullo titulo, sed de his, qui iustè, & legitime dicuntur jurisdictionem exercere; absurdum enim esset ut Concilium voluisset in sua possessione manuteneri intrusos, & jurisdictionis Ecclesie usurpatores, quos anathemati subiecit in c. 11. *sess. 22. ex c. l. Episcopi,* qui fundatam habent intentionem de jure communi, ut in præallegatis iuris. Et fuit sæpius decisum in Rota, ut in causa Valentini jurisdictionis, 9. April. 1590. coram Bibalo. Caputaq. *dec. 201. part. 2. Scraph. decis. 1104.* ubi referret ita etiam censuisse S. Congregationem Concilii.

Quibus suppositis, videtur respondendum Archiepiscopum Theatinum esse manutenendum in sua quasi possessione visitandi eiusmodi loca, quoad Commendatarius non probaverit per tres sententias conformes, vel unam, quæ in rem judicatam transferret, se in dictis castris jurisdictionem Episcopalem, & temporalem exercere: nam cum decretum d. cap. 11. non tollat, imò potius præservet juris assententiam, quam habent Episcopi in monasteriis suæ diocesis, ut dictum est; inferior Prælati non est conservandus in sua possessione nisi in duobus casibus Primus est, si exhibeat privilegium, quod per se sit insufficiens ad dictam jurisdictionem exercendam. Secundus est si dicat se munum privilegio, & præscriptione, & privilegium exhibeat, quod licet per se non sit sufficiens; tamen iustam causam præbeat præscribens, & de possessione fidem faciat. His enim duobus casibus dumtaxat datur manutentio inferiori contra Episcopum, text. est ad litteram in c. Cum persona, de privi. lib. 6.

47 At verò hoc casu nullum quidem exhibet privilegium per se sufficiens ad utramque jurisdictionem legitime exercendam: si enim de tali privilegio appareret, hic esset finita tam in processorio, quam in petitorio iudicio, c. de privi. lib. 6. & d. c. Cum persona, c. Quarta, infra ead. tit. c. Institutionum, 25. q. 2. c. Cum dilectum, & ibi Joan. Andr. num. 5. de relig. domib. cum multis similibus. Similiter nec exhibetur privilegium, quod præbeat iustam causam exercendam Episcopalem, & temporalem jurisdictionem: nam in privilegijs exhibitis Alexandri I. 11. & aliorum Pontificum solum conceditur Monachis dicti monasterii S. Joannis in Venere, ut ea, quæ sunt Ordinis, possint accipere à quo valuerint Catholico Episcopo; atque ut intra fines Abbatia nullus Episcopus nisi vocatus ab Abbate Synodum celebret, aut Clericos confringat, cum hanc curam ad Abbatem sollicitudinem Sedes Apostolica voluerit pertinere; & monasterium sub protectione dicte Sedis suscipitur. Quæ verba ita restricta, & limitata tantum abest ut poterit præbere iustam causam præscribendi Episcopalem, & temporalem jurisdictionem, ut patet ostendant hanc jurisdictionem à Commendatario usurpatam tulle; jurisdictione enim Episcopalis constat cognitione causarum criminalium matrimonialium, & aliarum civilium institutione, ac destinatione, aliisque pluribus, de quibus in c. Conquerente, & c. Dilectum, ubi gloss. in ver. De lege jurisdictionis, de offic. Ordin. & tamen in dictis privilegijs conceditur ad summum Abbatem sola Clericorum restrictio, ac Synodi celebratio, ut quamvis monasterium recipiatur sub Sedis Apostolice protectione hæc tamen receptio nullam exemptionem importat, ut est casus in c. Ex parte, si secundo, de privileg.

48 Unde sequitur ut cum Abbas sit sola præscriptione munitus, Archiepiscopus, qui fundat intentionem de jure communi, non sit prohibendus visitare, donec Abbas de præscriptione Canonica plenam fecerit fidem, iuxta verba d. cap. Cum persona, inferior enim non potest jvari sola possessione, nec obtinere contra Superiorem in interdicto retinenda, ut tradit

Barr. in l. 1. §. flum. auctoritate interdicti, sub num. 2. vss. Nam interdictum hoc, ff. uti possid. & Verull. de off. 206. m. 4. para.

1 Idque eo magis, quia Archiepiscopi Theatini hic visitantur dictam Abbatiam, ac loca eidem subiecta in utroque propterea res videatur sine difficultate, cum Archiepiscopus præter juris assistentiam, habeat etiam actus possessorios. Rota de off. 282. num. 4. & 5. par. 2. in recent. Præfertur enim in concilio possessio titulata, & quæ fomentum habet à jure, c. licet causam, de probat. Barr. in l. si duo, col. 2. ff. uti possid. Bald. in l. Qui accusare, col. fin. in ult. notab. C. de eden. Menoch. de retri. remed. 3. n. 733.

Præterea considerandum est Consilium non resistere, imò potius assistere ut Prælati nullius diocesis possint causas matrimoniales, & criminales cognoscere, ut sæpius fuit resolutum, & scripti plene in c. Accedentibus, infra, de excess. Prælatorum, & tamen in hac causa, quia Abbas nititur sola prescriptione, Sac. Congregatio declaravit eiusmodi causas esse ab Archiepiscopo Theatino cognoscendas, donec per rem judicatam consisteret dictam Abbatiam nullius diocesis existere. Ergo similiter etiam Concilium non resistat, imò potius assistat Regularibus utramque jurisdictionem exercentibus itaut ab Episcopis visitari nequeant; tamen donec per rem judicatam de exercitio eius jurisdictionis consisteret non erit Archiepiscopus prohibendus eiusmodi loca visitare, cum Abbas nullum privilegium exhibeat, quod saltem præbeat iustam causam præscribendi.

2 Rursum considerandum est duriore probatione onerari Abbates utramque jurisdictionem exercentes, quam Prælati nullius diocesis; his enim sufficit probare omnimodam jurisdictionem Episcopalem in certa parte diocesis excludo Episcopo ut in c. Aulu, supra eodem; hoc enim includit separationem territorii, & statum nullius diocesis juxta gloss. communiter receptam in Clem. 1. §. Volumus, in ver. Dicesanus, de foro compet. Dixi in c. Nullus, infra de Paroch. & in c. Cum contingat, supra de foro compet. At verè exercentibus utramque jurisdictionem non sufficit probare Episcopalem, sed requiritur etiam probatio temporalis jurisdictionis, ita ut teneantur probare statum nullius diocesis, qui includitur in probatione Episcopalis jurisdictionis, ac præterea etiam exercitium jurisdictionis temporalis. Unde si data est Episcopo manutentio, quando Abbas non tenebatur probare nisi statum nullius diocesis in terminis c. 9. sess. 24. longè magis debet illi dari in casu c. 11. sess. 25. de Regal. quando Abbas teneatur probare non solum statum nullius diocesis, sed etiam temporalem jurisdictionis exercitium.

DE SENTENTIA ET re judicata.

Cap. Non potest.

SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos sine iusta causa non est ab Episcopo etiam in unam sententiam concordantibus deponendus.
- 2 Deposito & degradato Episcoporum, Presbyterorum, & aliorum Clericorum quem numerum Episcoporum requirit.
- 3 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 4 Causæ criminales graviores contra Episcopos à solo Romano Pontifice cognoscuntur, minores verò à Concilio Provinciali.
- 5 Character Ordinum datur etiam post mortem, & Clericus resuscitatus non esset iterum ordinandus.
- 6 Sententia requirit iustitiam causæ, & potestatem iudicantis.
- 7 Regulares excommunicati ob mortuum delictum an possint ab Episcopo denunciari, & num. seqq. usque in fin.
- 8 Miles Hierosolymitanus, qui Parochum publicè percussit, non potest ab Episcopo declarari excommunicatus. & n. 12.
- 9 Declaratoria excommunicationis an requirat citationem partis. & n. 17.
- 10 Citatio non potest decerni ab Episcopo contra exemptum.
- 11 Citatio est decretum interloquutorium.
- 12 Regulares Sacramenta ministrantes sine Parochorum licentia possunt ab Episcopo denunciari excommunicati.
- 13 Denunciatio, seu declaratio circumscripta citatione non est actus jurisdictionis. & n. 15.
- 14 Sententia lata post appellationem est nulla. Declaratio post appellationem est valida ibid.
- 15 Exemptus non potest ab Episcopo declarari ab Episcopo.
- 16 Excommunicationis sententia, & declaratoria in quo differant.
- 17 Citatio requiritur in discussione causæ etiam publicæ, ob qua fertur declaratoria.
- 18 Secus si causa sit notoria.
- 19 Citandus non est cui notorium est defensionem non competere.
- 20 Publicum, & notorium in quo differant.
- 21 Citatio pro declaratoria ob notorium excommunicationem contra exemptum non est auctoritaria.
- 22 Citatio quatenus sua partes interesse potest fieri etiam non subdito.
- 23 De notorio facti est ut constet etiam extrajudicialiter.

NON POTEST. Joan. Andr. non summat, quia breve est. Sed per alia verba secundum Abb. sic summari potest. Sacerdos sine iusta causa non est ab Episcopo etiam in unam sententiam concordantibus deponendus. Hoc dicit: & verbum sacerdos intelligas largè pro Episcopo, Presbytero, Diacono, & Subdiacono, juxta tex. in c. 2. de collat. cler. & mul. secundum Hoff. hic in princ. in verb. A sacerdoti, & n. 3. & Joan. Andr. n. 1. Quot autem Episcopi requirantur in depositione Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel Clerici in minoribus constituti plene examinat Abb. hic n. 4. in fin. vers. Expediendò materiam, ad quem recurrit.

Verum etli de jure in causa depositionis, & actualis degradationis certus Episcoporum numerus requiritur, ut c. Si quis, cum seq. 14. q. 7. cap. Degradatio, de pen. lib. 6. tamen quia si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur, si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur; Provide à Trident. Synod. sess. 13. cap. 4. Sancitum est, ut Episcopo per se, vel per eius generalem Vicarium ad condemnationem, & verbalem depositionem, & per se ipsum tantum ad actualem degradationem procedere liceat contra Clericos etiam in Presbyteratus Ordine constitutos, adhibitis tamen totidem Abbatibus, si ibi reperiantur, alioquin tot aliis personis in dignitate

4 Ecclesiastica constitutis: causæ verò criminales graviores contra Episcopos, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum Romano Pontifice sunt cognoscendæ, & observandæ, & c. b. sess. 13. & cap. 5. sess. 24. Nec Concilium provinciale cognoscere potest nisi causas minores Episcoporum, ut in d. c. 5. in fin. Nota primò ibi, A sacerdoti gradu, Clericum per depositionem deijci à gradu suo, non tamen per hoc amittit characterem semel impressum in anima, quia indelebilis est, adeo ut etiam post mortem; unde Clericus si millies resuscitaretur, non esset iterum ordinandus, ut notat gloss. in c. 1. in verb. Nunquam, 32. q. 7. & Abb. hic. n. 1. & adde quod in proposito scripti in c. 1. n. 52. de supplen. negl. Prælat. post Innoc. & omnes in c. ult. de Sacr. non iterum.

6 Secundo nota ex textu duo copulativè requiri ad validitatem sententiæ, scilicet iustitiam causæ, & potestatem iudicantis, ut hic per Burr. in 1. notab. Quid autem in denunciatione, nunquid requiratur potestas seu jurisdictionis in personam contra quam fit denunciatio, dic ut in quæst. l. 7.

7 QUÆRO an Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem incidunt possint ab Episcopo publicè denunciari excommunicati, ut ab aliis evitentur.

8 Cum olim quidam eques Hierosolymitanus suum Parochum publicè alapa percussisset, & citatus ab Ordinario sua privilegia opposuisset, & quamvis ipso jure excommunicatus esset, cum omnibus tamen conversaretur: re ad Congregationem Concilii delata, S. Congregatio censuit non posse Ordinarium exercere in eum ullam jurisdictionem neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex privilegio exemptus est, ut in c. 11. sess. 24. Concilii Tridentini. Tamen ex quo ipse ob talem percussorem incidit in excommunicationem, c. Si quis suadente, posse Episcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias ei-

dem Episcopo subiectas. Atque idem postea respondit Sac. Congregatio annis præteritis ab Archiepiscopo Salernitano consulto. Quæ quidem declaratio in eaparte, in qua dicit Episcopum non posse exercere ullam jurisdictionem in exemptum etiam declaratum cum excommunicatum, eam habet rationem, quia huiusmodi declaratio requirit partis citationem, gloss. in Clem. præsentis, in ver. Constituti, de cens. & in Clem. 2. eod. ver. de pen. Felin. in c. Rodolphus, n. 41. de refer. & Card. conf. 132. num. 4. ad certè requiritur citatio partis in discussione causæ, & verificatione facti, propter quod fertur declaratoria, licet in declaratoria ipsa non requiratur, ut inferius dicitur. Citatio autem cum sit actus jurisdictionis, non potest decerni ab Episcopo contra exemptum, cuius non est iudex competens, c. De illicita. 24. q. 3. c. Ex parte, in verb. Auctoritate iudicis citatus de refer. & tradit Vant. de nullit. rit. de nullit. rit. de defectu citationis, n. 27. & 35. Est enim citatio decretum interloquutorium, ut probatur in l. Cum Clerici, ibi, sententiarum tuarum auctoritate pulsantur, atque ibi tradit gloss. & Bald. C. De Episcopis, & Cler.

12 Ac præterea speciale est, ut Religiosi Sacramenta ministrantes sine Parochorum licentia possint à locorum Ordinariis denunciari excommunicati. Clem. Religiosi, de privil. Ergo in contrarium est jus commune, l. in singulari, & l. Quod verò, contra ff. de leg. Quod facta inquit in d. Clem. Joan. de Imol. sub num. 3. his verbis (Nota bene taliter excommunicatos posse per Ordinarios denunciari non obstante privilegio exemptionis) ex quo nota argumentum à contrario, quod alia ex quo casum illum Religiosus exemptus excommunicatus non potest denunciari excommunicatus per Ordinarium.

Verum hæc possunt procedere, si delictum sit simpliciter publicum, ut in casu illius Equitis, qui proprio Parocho publicè alapa impiegit. Nec cum eo casu requiratur partis citatio, quæ non potest committi in non subditum, verissimum est Episcopum non posse ullam jurisdictionem exercere in exemptum etiam declarandum eum excommunicatum. Et hoc modo intelligi declaratio S. Congregationis superius relata. At verò si delictum sit notorium, ut supponitur in dubio, tunc verius videtur Episcopum posse denunciare exemptos excommunicatos, ut ab aliis vitentur. Ratio est quia denunciatio ex se circumscripta citatione non est actus jurisdictionis. Ideoque qui non potest iudicare, potest tamen declarare, secundum Cardinalem in

14 Clem. fin. in 6. q. de penit. & remis. Felin. hic num. 3. Et similiter quamvis sententia excommunicationis lata post appellationem sit nulla, c. Cum contingat, de off. deleg. & c. Per tuas, de sent. excomm. tamen denunciatio, sive declaratio est valida, c. Pastoralis, in fin. de appe. Rom. conf. 422. prope finem. vers. 2. Et denunciatio fieri potest ab Ordinario etiam in causa, in qua jurisdictionem non habet, ut tradit Imol. in Clem. 1. num. 19. de sequest. poss. & fruct. Ad idem est gloss. notabilis in c. Si Papam ver. Nemine. 40. disp. quæ in ultima solutione vult, ut qui dicit alium posse actus facere, non censetur alium iudicare. Atque ex illa gloss. in propriis

terminis huius questionis post Gemin. colligit  
Præpos. num. 12. Episcopum posse declarare ex-  
communicatos exemptos, qui ex facto suo no-  
torio excommunicationem incurunt, nec per  
hoc censerentur iudicare. Et idem tradit Guil.  
in Clem. fin. in fin. de penit. & remiss. & Gemin.  
in c. Episcoporum, de privi. lib. 6. vers. Sed pos-  
set salu. ubi dicitur, ubi dicitur, inquit, exemptorum  
esset notorium, & ex tali delicto ipso facto in  
curreret excommunicationem ex iuris disposi-  
tione, tunc Ordinarii, locorum possent illos de-  
nunciare excommunicatos ad finem, ut per suos  
subditos evitentur; nec potest dici, quod tunc  
imponant eis penam, quia illa est à jure indu-  
cta, nec denuntiatio aliquid addit. Ad hoc bonus  
textus in l. Hæredes palam, §. Quod verò ibi:  
nihil enim nunc dat, sed datum significat, si. de  
testam. cum similibus ut scripti in c. Quoniam  
à num. 15. supra de consuet. & seq. in d. c. Episco-  
porum, Franc. vers. Si tamen ex delicto Marian.  
Socin. in c. Accipimus, 11. col. vers. Secundum La-  
pum de privi. & Felin. hic n. 3. qui dicit de hoc esse  
textum valde apertum in d. Clem. 1. post princ. de  
privileg. ibi: locorum Ordinarii excommunicatos sa-  
ciant publice denunciari.

17 Nec obstat hoc casu quod dictum est supra  
de citatione, & non potest decerni in non  
subditum: nam respondetur in declaratione ex-  
communicationis à jure inflicta non requiri ci-  
tationem, secundum opinionem, quæ verissima  
est, & pro qua consuluit Roman. cons. 422. à n.  
5. usq. in finem.

18 Prima ratio est secundum eum, quia qui ex-  
communicatus est, per declarationem amplius  
non ligatur, cum à principio ligatus fuerit, sed  
solum declaratur, ut ab aliis evitetur. Unde ex  
declaratione non infertur poena gravissima, quæ  
infertur ex sententia excommunicationis; ideo-  
que tanta solemnitas non exigitur, per tex. in  
d. c. Pastoralis, §. Verum, ad fin. de appell.

Secunda ratio est, quia iura in favorem ani-  
mæ personæ excommunicati, majorem, ut Ro-  
manus ait, accelerationem, & minorem solem-  
nitatem exigunt in declaratione excommunica-  
tionis, quam in ipsa excommunicatione infe-  
renda, ad hoc ut declaratus excommunicatus  
postquam ex notitia excommunicationis ex de-  
claratione insurgente videt se vitari, dum cupit  
hominum habere commercium, fessinet citius  
reconciliari ei, qui est, & per hoc redeat ad sa-  
lutem, quæ sunt verba textus in c. Si inimicus, 93.  
& in c. 1. de except. lib. 6.

19 Ac demum quia est in discussione causæ, pro-  
pter quam quis dicitur in excommunicationem  
incidisse, citatio requiritur secundum gloss. in  
initio citatas, quas quidam non intelligentes alie-  
ter allegant, ut dicitur in ead. cons. Roman. n. 6.  
tamen in declaratione quod quis incidit in  
excommunicationem propter aliquid illicitum  
commisissum citatio, ut monitio non requiritur  
secundum Romanum ibidem, qui de hoc dicit  
esse textum singularem in cap. Irreprehensibilis,  
ubi Abb. not. de appell. Quamvis autem, ut di-  
ctum est in discussione facti, propter quod quis  
penam incurrit, requiritur citatio, ut in casu  
dicti Equitis, in quo delictum erat simpliciter  
publicum: hoc tamen non habet locum, si factum  
ipsum sit notorium, ut in dubio supponimus. Ita

tradit Gemin. & Franc. in d. c. Episcoporum, de  
privi. lib. 6. Neque enim est citandus, cui no-  
torium est defensionem non competere, Alex.  
cons. 6. col. fin. lib. 3. ubi testatur de communi  
opinionem, & alii relati à Vant. de nullit. tit. de  
22 nullit. ex defectu cit. n. 20. Et hanc distinctionem  
inter publicum, & notorium in hac materia de-  
nunciationis ponit expressè Vital. in d. Glem. 1.  
n. 51. d. privi.

23 Possit etiam responderi secundum Felin. post  
Abb. hic d. n. 3. vers. Imò vult, ibi, Abb. Ordina-  
riarium posse hoc casu decernere citationem  
etiam contra exemptum: nam cum iura velint,  
ut ad ejusmodi denunciationem parus citetur,  
concesso consequenti, videtur etiam concessum  
antecedens, c. Prætere, de off. Deleg. Neque  
hoc modo secundum Felinum dicitur violari ex-  
emptio, quia talis citatio non est arctatoria, sed  
similis illi, qui habet clausulam, si tu a pietate inter-  
24 esse, quæ non arctat nolentem comparere, & po-  
test fieri etiam non subdito. Bart. in l. Testamenta,  
col. 2. c. de testam. Fel. in c. Ecclesia S. Marie ad fin.  
1. quest. de consuet.

25 Ac denique satis erit, ut de facto notorio con-  
flet Episcopo per extrajudicialem informatio-  
nem, de qua in c. Cum contingat, de rescript. ut post  
Abb. tradit Felin. hic col. num. 3. vers. Vel poterit  
sibi constare.

DE SENTENTIA ET re iudicata.

Cap. Cum olim.

S V M M A R I V M.

- 1 Vbreptia dicitur collatio, & non tenet, si Pa-  
pa contra pronunciationem suam confert be-  
neficium hoc tacito.
- 2 Papa venit contra factum proprium conce-  
dendo alicui officium, vel beneficium à se prius alteri  
concessum, presumitur circumventus, & secunda  
concessio non valet. n. 11.
- 3 Er hæc est presumpcio iuris, & de iure, quæ non admittit  
probationem in contrarium. n. 17.
- 4 Etiam si Papa disponat motu proprio n. 21.  
Et per viam declarationis. n. 15.
- 3 Iudicium non presumitur qui velle impugnare.
- 4 Variatio & inconstancia reprobatur maxime in personis  
Ecclesiasticis.
- Et præcipue in Papa. n. 6.
- 5 Episcopus si mander uni beneficium conferri, non potest  
variare etiam re integra.
- 7 In Principe tanquã iustitia fonte debet esse constans, &  
perpetua voluntas.
- 8 Celestinus Papa de mane conferebat gratiam, & de se-  
vo auferebat, & alteri conferebat.
- 9 Mutationes, quæ sine rationabili causa fiunt in officiis,  
& beneficiis Ecclesiasticis sunt contra dignitatem A-  
postolicam.
- 10 Gratia secunda nunquam presumitur præiudicare prima  
alteri concessa.
- 11 Et potius presumitur circumventio, quam variatio.  
Et probatio in contrarium non admittitur. n. 17.

Etiam

- Etiam in gratia motu proprio. n. 21.
- 2 Principi actus debent esse stabiles, & perpetui man-  
suri.
- 3 Gratia secunda etiam si videatur revocatoria prime ta-  
men si de mente Papa non appareat clarè, nunquam  
presumitur revocatio.
- 4 In dominio potius habetur, cui res primò tradita est, li-  
cet alius in titulo prævenierit.  
Sed hoc non procedit in Clericis, ibid.
- 5 Declaratio Apostolica alicuius concessio, si non con-  
veniat alicui declarato, habendus est Pontifex pro  
circumvento.
- 6 Declaratio Pape iniqua est ipso iure nulla, & tri-  
buenda circumventioni, vel impunitati, aut er-  
rori.
- 8 Credimus verbum exponitur, idest scimus.
- 9 Princeps quando revocat suam concessionem presumi-  
tur circumventus, & contrarium probari non po-  
test.
- 20 Et an hoc procedat in actibus de proximo gestis.
- 22 Motus proprius non firmat gratiam contra presump-  
tam mentem concedentis.
- 23 Maxime in præiudicium tertij, & n. 40.
- 24 Citatio in impetratione gratiæ tertio præiudiciali non  
requiritur.  
Dimmodo Princeps procedat de plenitudine potestatis,  
n. 21.  
Et adversarius non sit præsens in Curia, n. 32.  
Declaratur. n. 33.
- 25 Vbi privilegium conceditur non est de more, nec de iure,  
ut alique citetur.
- 26 Princeps sicut solus legem condit, ita solus privilegium  
concedit nullo citato.
- 27 Dispensationes, & privilegia concedantur nemine ci-  
tato.
- 28 Citatio generalis in litteris præiudicialibus non sufficit  
quando adversarius est præsens in Curia sed procura-  
tor citandus est ad hospitium.
- 29 Procedit in litteris iustitiæ, non autem in litteris gra-  
tiæ.
- 30 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ  
tertio præiudiciali, tamen in illi questum non au-  
fertur.
- 34 Stylus Curie, quoad citationem in impetrationibus lit-  
terarum est servandus.
- 35 Citatio quamvis non requiratur in impetratione gratiæ  
præiudiciali requiritur tamen in processu ad ulterio-  
ra; etiamsi citatio per Principem fuerit remissa,  
n. 36.
- 36 Spoliatus auctoritate propria, & in vim clausulae motu  
proprio potest agere remedium restitutorio contra ta-  
lem spoliatorem.
- 37 Motus proprius Principis facere non potest ut quis minus  
legitimè excludatur à possessione.
- 38 Citatio est de iure divino, & naturali, ideo per Princi-  
pem tolli non potest, & n. 47.
- 39 Si Papa det alicui facultatem capiendi possessionem pro-  
pria auctoritate, hoc intelligitur nisi possessio sit  
plena.
- 41 Clausula, a motu quolibet detentore, intelligitur  
iuris ordine servata.
- 42 Citatio requiritur etiam in notorijs, nisi constet reo nul-  
lam defensionem competere.
- 43 Notorium licet non constet iudici, tamen si verè sit tale,  
sententia revocabili tenet, sed index peccat.
- 44 Sententia non est revocanda si ex post facto constat iu-  
dici factum esse notorium, & absenti nullam defen-  
sionem competere.

Prosp. Fagn. in 2. Decretal.

- 45 Citatio requiritur quantumcumque factum sit notorium  
ubi poena corporalis non infligitur.
- 46 Notorijs dicuntur multi qui non sunt, & ideo tutius est  
nullum quantumcumque notorium fore damnandum  
sine citatione.
- 74 Super notorio potest procedi in absentia partis cognos-  
cenda, sed non exequendo.

CUM OLIM. Si Papa contra pronun-  
tiationem suam confert beneficium,  
hoc tacito, subreptitè dicitur colla-  
tio, & non tenet. Hoc dicit Abb. An-  
tiqu. Joann. Andr. Bald. Colle. Bellam. Butr.  
Card. Anchar. Abb. Sicul. Jo. de Anan. Guidop.  
& Alex. de Nizio.

In textu ibi contra pronunciationem suam sicut  
credimus circumventus, Nota singulariter hanc  
litteram, & nunquam obliuiscaris, quod si Pa-  
pa veniat contra factum proprium concedendo  
alicui officium, vel beneficium super quo prius  
ordinationem fecerat in favorem alterius præ-  
sumitur circumventus, & secunda concessio non  
tenet, & ita hic esse casum expressissimum dicit  
Ludovicus Roman. cons. 398. Circa præmissum  
num. 1. vers. Secundo eadem conclusio, quem secu-  
ti sunt Ruin. cons. 98. Quia per privilegium num. 22.  
vol. 4. Dec. cons. 588. Vifo puncto n. 18. Ferrerri  
cons. 6. Factum tale est alius n. 4.

3 Rationem reddit Gemin. in cons. 36. Incipiens,  
Quo collatio n. 5. quia non presumitur quis velles  
sua iudicia impugnare: notoretur enim de va-  
riatione, inconstancia, & illusione, quæ repro-  
batur à jure, maxime in omnibus Ecclesiasticis,  
Clem. Cum illis, de renunc. Card. cons. 136.  
Factum sic se habet vacantibus. 16. Ideoque E-  
piscopus, qui mandavit uni beneficium con-  
ferri, non potest variare etiam re integra, ut  
dixit Rota dec. 1. num. 1. de preben. & decl. 27.  
de concess. preben. in Antiq. Felin. hic num. 5.  
col. 4. circa med. vers. Et dixit Rota, Præcipuum  
autem variatio, & inconstancia reprobatur in  
7 Papa ut per Gemin. ubi supra. Nam, ut eleganter  
inquit Bald. cons. 327. Incip. In die enim in  
1. vol. n. 4. [ In Principe tanquam iustitia fonte  
debet esse constans, & perpetua voluntas, & con-  
venit ei illud verbum, semel locutus est Deus: &  
iterum. Quod scripti scripsi. Unde Princeps debet  
unum calamum, & unam linguam, & non plures  
linguas, quia scriptum est, qui procedunt de  
labijs meis non faciant irrita: & ideo debet esse  
8 immobilis sicut labijs angularis, & sicut polus in  
celo ] Hæc Bald. & loquitur de Papa Celestino  
ut patet num. 3. vers. Item Celestinus, sicut de  
alio Celestino loquitur hæc Decretalis. Et in  
eundem invehit ipsemet Bald. in c. 1. n. 1. de  
natur. send. quod de mane conferebat gratiam,  
& de sero auferebat, & alteri conferebat. Cujus  
9 dictum refert Andreas Barbata cons. 1. num. 1.  
vol. 1. Porro ut inquit Cardin. cons. 142. Punctus  
S. D. N. num. 5. Summa est vilificatio dignitatis  
Apostolicæ & status Ecclesiastici, ut ex nulla  
rationabili causa fiant mutationes in officiis, &  
10 beneficiis Ecclesiasticis, cap. Queremoniam, de  
inrepatr. Et ideo gratia secunda nunquam præ-  
sumitur præiudicare primæ alteri concessæ. Et  
potius presumitur circumventio, quam varia-  
tio

11 tio per istum text. Sed & Gemin. d. conf. 36. n. 2. (Non presumitur, inquit, quod D. Papa de facili revocet ea, quae fecit, imò dispositio facta per eum contra ea quae fecit, censetur subreptitia, & non valet, quia praesumitur circumventus contra ea, quae leguntur, & notantur in cap. Exparte, de off. Deleg. & in hoc 12 cap. Similiter Rota decis. 33. col. penult. num. 18. de preben. in antiq. dicit actus Principis debere esse stabiles, & perpetuo manuros, ut in c. Decet, de reg. iur. in 6. adeo ut etiam si secunda gratia videretur revocatoria primae, tamen si de mente Papae non appareat clarè, nunquam praesumatur revocatio. Quinimò Hostien. in cap. Continebatur, num. 1. in verb. Robur firmum, de his, quae sunt à Prel. sine consens. capituli. In tantum dicit varietatem esse exercendam in personis Ecclesiasticis, ut putaverit dispositionem, l. Quoties, C. de rei vendicat. quia cautum est, ut in dominio is potior habeatur, cui res primo tradita est, licet alius in titulo praevenerit, non vendicet sibi locum quando diversae concessiones sunt ab Ecclesia seu Ecclesiastica persona, ut consentiunt Roman. d. conf. 298. Circa praesumtionem, num. 2. vers. Vltimo videtur, & conf. 70. Vitis themate, col. 3. n. 3. vers. Vel secundo, in Clem. 1. num. 1. de genuc. & Felin. hic d. num. 5. 15 vers. Et in tantum, qui in hanc rem de more plura congerit: & vers. Et adduci potest, notabiliter ad hoc ponderat hunc textum quod si Papa declaret in aliqua concessione qualis fuerit sua intentio, prout quotidie facit, si talis declaratio non consonet verbis actus declarati, habendus est Pontifex per circumventio, cum tollat 16 jus alteri quaesitum. Allegat Bellam, decis. 724. etiam extra Roman. col. 6. vers. Sexta ratio, qui dicit declarationem Papae iniquam esse ipso iure nullam, & tribuendam circumventioni, vel importunitati, aut errori.

17 Amplia conclusionem superius firmatam dupliciter. Primò scilicet, ut huiusmodi praesumptio circumventionis potius, quam variationis in Summo Pontifice sit praesumptio iuris, & de iure non admittens probationem in contrarium, ita singulariter voluit hic Innocent. in primis, in verb. Circumventus, dicens (Hoc ita violenter praesumimus, quod in contrarium probationem non admittimus) Quem totidem verbis sequuntur Host. num. 5. Joan. Anst. hic num. 4. Bellam. 18 num. 2. Alex. de Nervo num. 22. & Cardin. num. 9. vers. Et dicit Innocent. subdicens non obitare, quod Papa hic dicat, scilicet credimus: nam verbum credimus, exponitur, id est scimus, prout etiam exponunt Host. n. 5. Bellam. n. 2. & plerique alii. Idem voluit Bald. in praesleg. conf. 327. 19 num. 4. vol. 1. ubi dicit Principem fingi circumventum quando revocat suam concessionem, adeo ut contrarium probari non possit, quasi haec sit praesumptio iuris, & de iure, quae probationem in contrarium non admittit; & ita secundum eum ampliatur haec Decretalis, quod secunda concessio contraria primae non valeat, allegat bonum text. in l. Pradia, Cod. de locut. civi. lib. 11. & illud consilium, fere ad litteram transferunt, & sequuntur Dec. conf. 193. pro tenui facultate num. 9. & conf. 380. Quae sit in petito num. 4. in fin. vers. Et hoc idem comprobatur, & d. conf. 388. Viso puncto n. 19.

& in l. Nemo potest mutare, n. 3. ff. de reg. iur. Ferret. d. conf. 5. Factum est alias, num. 4. Gozzad. conf. 63. n. 19. Ruin. conf. 98. Quia per privilegium num. 22. dicens ita tenere Innocent. & omnes hic. Quod etiam asserit Felin. hic n. 5. col. 5. vers. Amplia ista. Et quamvis eos intelligat in actibus ex intervallo gestis, non autem de proximo, & putet eos ita sentire; tamen haec limitatio non colligitur ex Innocent. vel aliis proximè citatis, quia tantum dicunt in hoc puncto praecisa verba, quae supra retuli, & nihil praeterea.

21 Amplia secundò etiam si Princeps disponat motu proprio, quia nihil omnino praesumitur circumventus, & contrarium probari non potest. Et in concessione motu proprio loquuntur Bald. Dec. Ruin. & Ferret. loc. cit. prout etiam loquitur Cardin. d. conf. 136. ut patet in themate, & hic tenet Abb. n. 5. vers. Amplia secundo, & Alex. de Nervo n. 23. reddens rationem, quia motus proprius non firmat gratiam contra praesumptam mentem concedentis, ut notat Joann. Andr. in c. Si motu proprio, de preben. lib. 6. & Joan. Cald. in c. Cum dilectis, de iurepar. & pluries firmavit Rota, ut dixi in cap. Causam 23 que, n. 18. & seqq. supra de rescriptis. Quod maxime procedit ubi secunda dispositio tendit in praedictum alterius. Princeps enim non praesumitur velle tertio praedictum, l. 2. §. si quis à Principe, ff. de quid in loc. pub. & in cap. Super eo, de off. deleg. cum pluribus concordantibus, quas dedi in d. cap. Causam que, num. 11. & seqq. post Bolognet. conf. 2. num. 37. 38. & 39. multo autem fortius haec locum habent stante Regula Cancellariae de non tollendo jus quaesitum, ut ibi dixi num. 35. & fultus in c. Caterum, à n. 18. de rescriptis.

24 In gloss. Circumventus; nota secundum Bald. hic num. 3. In impetratione gratiae nullum esse citandum, quia est quaedam donatio; Item non est actus, qui debet expediri in contradictorio iudicio argum. illius notab. gloss. quae est in l. 2. §. pen. in verb. Pro tribunali, ff. de boni. possess. unde quando proceditur ad collationem, nemo est citandus cap. Licet Episcopus, de preben. lib. 6. & cum Bald. consentiunt hic Abb. num. 15. Joan. de Anan. circa fin. vers. Nota secundum Host. Alex. de Nervo n. 5. & Felin. n. 6. Et 25 idem Bald. in l. Nam in Divis, col. 2. num. 2. ff. de adoption. ubi ait [Quando privilegium conceditur, non esse de more, nec de iure, quod aliquis citetur, quia est donum Superioris allegat. l. Libertus, ff. de in ius vocand. & cap. Eum qui de preben. lib. 6. Sicut enim solus Princeps legem condit, ita solus privilegia concedit nullo citato, ut idem dixit in l. fin. C. quib. res iud. non obli. Item actus privilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius praesentis contradictio non impediret, ut per eundem Bald. in l. fin. ad fin. vers. Extra oppo. C. de fruct. & lit. expens. Ideoque dispensationes, & privilegia conceduntur nemine vocato, ut dicit Innoc. in c. Albericus; prope fin. de rescrib. & post eum Archidia. in cap. Contra morem post. prime. 1002. distind. Butr. in c. Debitores, col. penult. n. 7. vers. Secus si iuramentum, de iurejur. Imol. in c. Cum dilecta, n. 28. vers. Sed quia, de consir. util. vel inutil. Milis. in reperi. verb. Citatio non requiritur

tur, quos refert, & sequitur hic Felin. alios cum mulans num. 6. & quamvis Hostien. hic num. 4. dicit litteras praedictas non debet transire sine audentia; & quando adversarius est praesens in Curia citationem generalem non sufficere, sed procuratorem citandum esse ad hospitium, & 29 ita Curiam servare; tamen hic stylus Curiae procedit in litteris iustitiae duntaxat, non autem in litteris gratiae, ut declarat Gasp. de Cald. hic, & post eum Abb. non. 16. vers. Sed de iure iure, Jo. de Anan. circa fin. vers. nota secundum Host. Guidopap. num. 2. vers. Ibi debuit requiri, & Alex. de Nervo num. 24. vers. Gasp. Cald. dicit. & num. 25.

30 Declara haec primò, ut quamvis in impetratione gratiae tertio praedictus non oporteat aliquem citari, non tamen propterea jus illi quaesitum ullatenus auferatur, ut post Jo. de Lignan. & Butr. declarat. Abb. in c. Alfi Clerici §. de adulteris, col. 11. num. 18. vers. & per hoc dicit Jo. de Lignan. de iudic. & Felin. hic num. 7.

31 Declara secundò dummodo in concessione gratiae in praedictum alterius non vocati appareat Principem uti velle plenitudine potestatis, gloss. & Bart. in l. nam ita divus, ff. de adopt. & Felin. hic num. 2. Sed hodie an hoc procedat stante regula Cancellariae de non tollendo, iure quaesito, dixi in c. Caterum, in 4. ampliat. n. 23. de rescriptis.

32 Declara tertio nisi is, cuius interest, sit praesens in Curia, quia tunc citari debet, ut notat gloss. praeslegat. in l. Nam. ita divus, ff. de adoption. quam dicit ibi Bart. bene notandam, & ita observat Curia Romana, ut dicit gloss. in auth. Offertur in verb. petierit C. De Litis contestat. Item gloss. 1. in fin. in l. Observandum, ff. de iudicis, & sequuntur ibi Bart. Ang. & Bald. quoad id gloss. in verb. Nolle, in clem. Constitutionem, de elect. & Innoc. in c. Significante, in verb. Inhibitorio de appell. Alios refert Felin. hic num. 9. quia haec declaratio num. 10. excipit tres casus, quos per te videas. Sed certè 33 praecitatur gloss. & DD. quos allegat Felin. loquuntur in litteris iustitiae, & rescriptis ad lites, non autem in litteris beneficiis, & gratiosis. Et in Curia quotidie à piscatoribus sunt impetrationes certo modo, & supplicationes signantur indistinctè nemine vocato, nulla habita distinctione an is, qui laeditur, sit praesens in Curia, an non. Et ego ipse plurimas signavi in officio meo Signaturae per Concessum. Si tamen 34 stylus Curiae aliter se haberet, servandus esset. c. Ex litteris, de Constit. & c. Quam gravi, de crimin. fals. & hic notant Abb. num. 16. vers. ego relinqno hoc stylo Curiae, & Alex. de Nervo num. 35.

35 Declara quartò, ut quamvis citatio partis non sit de essentia, nec requiratur in ipso actu impetrationis gratiae tertio praedictus: bene tamen requiritur postea in processu ad ulteriora, Bald. in l. 2. num. 2. vers. Item nota. C. de temp. 36 appell. Felin. hic num. 6. Quod locum habet etiam si citatio per Principem fuerit remissa, ut decidunt DD. de Rota apud Mohedan. decis. 7. de rescriptis. Ibi Papa primò concesserat uni Officium Custodiae pontis, & portae Salariae, urbis, ac deinde idem officium alteri concesserat

motu proprio, ac de plenitudine potestatis non obstante concessione alteri facta, & cum clausula, ut propria auctoritate posset capere possessionem remoto exinde quoocunque alio Custodie, & detentore, & Rota refert primum officium spoliatum debere restitui, quia sine ordine iuris per secundum fuit capta possessio, & spoliatio facta ad not. in l. 3. ff. Quod vi, aut clam, & in l. exat ff. Quod metus caus. & in c. Es transmissa de rest. spoliat. nec motus proprius 37 Principis potuit praedictare, ut legitime excluderetur à possessione, ad l. Meminerim. C. un. de vi. Nec etiam Principis possessionem vacantem sine maxima causa potuit mandare capi, ad l. 2. cum gloss. ff. Ex quib. caus. servit. amitt. nec id potuit facere sine citazione, nec eam potuit tollere, cum sit de iure divino, & naturali ad notat in c. 1. de caus. poss. & propriet. Felin. in 39 c. que in Ecclesiasticum num. 43. de Constit. ubi quod si privat aliquem sua possessione, tenetur dare recambium. Nec visum fuit obitare, quod secundum officium in litteris fuerit data potestas capiendi possessionem propria auctoritate, quia intelligitur nisi possessio esset plena, quia non potest tolli. Allegat Alex. conf. 83. col. 2. vol. 2. 40 Dec. conf. 95. & 98. par. 1. col. 7. Nec etiam virtute clausulae motus Proprii, & de plenitudine potestatis potuit primus Officialis privari iure suo. Innoc. in c. Immutat de elect. & ibi Abb. Bald. in l. fin. col. 2. C. De quadrienn. prescrip. 41 Et infra dicit non suffragari clausulam, amota qualibet detentore, quia intelligitur juris ordine servato. Bald. in rubr. de off. deleg. Felin. in c. De catero, col. 3. supra eodem. Item dicit obistere regulam de iure quaesito non tollendo, & sic fuit conclusum. Et hic iunge quae in proposito scripti in c. Caterum à num. 35. usque in fin. de rescriptis.

42 In gloss. in verb. Licet absenti, ex ipsa nota in notoriis non requiri citationem. Nam gloss. in fine dicit hic potuisse ferri sententiam in absentem etiam non citatum, quia constabat de surreptione. Unde ex hac gloss. limitari possunt aliae glossae, quae dicunt in notoriis requiri citationem, & sententiam, ut in c. ad nostram, il. 3. in gloss. in verb. observandus de iureiurand. & in c. Porro in verb. notoria, de divorcijs. Nam debent intelligi, ubi non constat absenti nullam defensionem competere sicut etiam intelligi debet, c. fin. §. Vices de off. deleg. lib. 6. ubi textus videtur innuere, ut Conservatores teneantur citare, & tamen non possunt cognoscere nisi de causis notorijs, ut in c. 1. eod. tit. & lib. Nam illud intelligitur quando non constat absenti nullam defensionem competere. Et eodem modo intelligi debet Innoc. in c. Tua, num. 3. in fin. de cohabit. cler. & mulier. dum dicit, citationem semper esse in quolibet notorio necessariam; alioquin sententiam esse nullam, cuius oppositum dixi in c. Quando num. 1. de translat. Pralat. & in c. ex Instruktionem in fin. de appell. ubi ait in notorijs sententiam ferri non citata parte. Et idem sentit Archid. in c. Que Lotharius, num. 2. 29. 1. & Bart. in l. 2. §. Quod si de frumentaria num. 1. ff. De administr. rer. ad civit. pertinent. Et probatur in c. Venerabilis vers. Sunt enim notoria juncta gloss. in verb. Publica, & in c. 60. me. Moguntinae ibi; excessus

notoria examinatione non indiget. Supra de elect. hoc enim debet intelligi, ubi certum est absentiam nullam competere defensionem, & hoc modo dicta glossarum, & Innoc. conciliant hic Doctores maxime Alex. de Novo n. 29. & 30. Abb. dicens hanc esse veritatem in cons. 68. Quamquam super vacacione, num. 4. vers. Quinimo plus voluit, lib. 2. Socini. sent. cons. 4 super questione num. 24. vers. Nec habet obstaré, & cons. 87. Visis investitura, num. 22. vers. Sexto quatenus lib. 3. Paris. cons. 1. visa facti serie num. 39. lib. 1. Decian. cons. 19. num. 355. lib. 1. & latius Curt. sen. cons. 20. Saponumero, num. 12. & 17. quinimò, ut formaliter inquit Innoc. in d. c. Tua in fin. de cohab. cler. & mulier. etiam si iudici non constet factum esse notorium, dummodo verè sit notorium, licet iudex peccet si fert sententiam, antequam probeat factum sibi notorium tamen eius sententia irrevocabiliter tenet. Quare indistinctè teneas sententiam non esse revocandam, si saltem ex post facto constat factum esse notorium, & reo nullam defensionem competere, ut hic per Bur. num. 14. & Alex. de Novo num. 36. in fine.

Hac tamen notabiliter limitat Collectarius hic num. 1. ut locum non habeant si pena corporalis deberet infligi, quia tunc reus esset vocandus, quantumcumque factum esset notorium. Allegat. Guill. de monte Lauduno in clem. Pastorali, de re iudicat. & Archidia. in c. 1. in gloss. in verb. Praterquam de offic. deleg. lib. 6. Dicitur etiam Host. & Jo. Andr. in c. Cum sit Romana. in fin. de appellat. iustus, & tutius esse nullum quantumcumque notorium fore demandandum sine citatione, vel admonitione, quia multi dicuntur notorii, qui non sunt c. Confutuit. de appell. unde dicebat Petrus de Samplos. ne super notorio posse procedi in absentia partis cognoscendo, sed non exequendo; sequitur collect. hic post medium vers. Licet idem Hostien. & ad prædicta adde Julium Clarum in pract. criminal. §. fin. q. 9. num. 4. vers. Quero numquid in notorijs, & Anton. Gomes, tom. 3. var. resol. c. 1.

An autem, & quando citatio possit tolli per Principem, vide plenissime per Curt. Senior. d. cons. 20. per tot.

**DE SENTENTIA ET re iudicata.**  
*Cap. Cum inter vos.*  
**S V M M A R I U M.**

**S**ententia contra in litigatori valet si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.  
Ecclesia per sententiam, a qua non fuit appellatum, potest subdici inferiori Prelato.  
Abbas in Ecclesia sibi pleno iure subiecta potest primam tonsuram conferre suis subditis etiam secularibus, & num. 5.  
Secus post Concilium Tridentinum num. 6.  
Ecclesia dicitur pleno iure subiecta inferiori, cum Episcopus nullum in Episcopate ibi exerceret, sed tota iurisdicatio ad inferiorem pertinet.

**7** Abbas an possit novitio sui monasterii primam tonsuram conferre, & num. seqq. usque in fin.  
**8** Novitius contrahit domicilium in loco, ubi agit annum probationis.  
**9** Canonica portio novitij decedentis non debetur Ecclesie, cuius erat Parochianus ante ingressum religionis.  
**10** Potest recte ordinandi pendet a iurisdictione.  
**11** Novitius est sub iurisdictione Ecclesie, & conveniri debet coram iudice Ecclesiastico.  
**12** Novitium percutiens est excommunicatus.  
**13** Tonsura monachalis, de qua in c. Monasterium 19. q. 3. inc autè accipitur ad Summistis pro Tonsura clericali, & num. seqq.  
**14** Tonsura magna in Novitio inducit tacitam professionem.  
**15** Professio tacita non inducitur per susceptionem primam tonsuram, vel minorum Ordinum.  
**16** Novitij mores pro collatione primæ Tonsuræ, & minorum Ordinum qualiter præcogniti esse debeant & num. seqq.  
**17** Episcopus potest ordinare eum, qui momento temporis declaratione sua acquisivit domicilium in Diocesi.  
**18** Abbas potest absolvere Novitium ab excommunicatione Canonis, si quis suadente, nisi clericum percussorit ante ingressum religionis.  
**19** Novitius an, & quo respectu religiosus sit iudicandus, & num. 21.  
**20** Altius perfectè gestis a Novitio non resolvantur per egressum e religione.

**C**UM INTER. Valet sententia contra jus litigatoris lata si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum, Jo. Andr. Bald. Bellam. Bur. Cardin. Anch. Jo. de Anan. Guidopap. & Alex. de Novo vel aliter secundum Abb. Per sententiam a qua non fuit appellatum, potest Ecclesia subdici Prelato inferiori Episcopo, seu ad aliam Ecclesiam pertinere. Hoc dicit.

**1** In textu ibi, Tonsuratione. Nota Abbatem in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis posse primam clericalem conferre tonsuram, prout hunc rex. ad hoc ponderat Host. in Summa de tempor. ordinat. §. & de quo num. 5. & sic tonsurare potest non tamen Monachos sui Monasterij, dummodo sit Presbyter, & Benedictus, c. Quoniam 69. distincti. & c. Cum contingat, supra de etate & qualitate. Sed etiam seculares, in quos habet ordinariam, & quasi Episcopalem iurisdictionem: Tales enim dicuntur Ecclesie sibi subiectæ pleno iure, de quibus loquitur illa litte-tera, idest cum Episcopus nullum jus Episcopale ibi exerceret, sed tota iurisdictione ad Abbatem pertinet, ut notat Abb. in c. in Lateranensi, num. 4. de preben. & in c. Auditoris, in 4. notab. & ibi etiam Felinus num. 4. de prescriptio. gloss. in c. Quoniam; in verb. Virque iure. ubi etiam Hostienus ante num. 1. in eodem verb. de privileg. & est expressum in c. Abbates eodem titulo libro 6. ibi (nec eis (scilicet Abbatibus) licitum sit aliis quam Monasteriorum suorum Converteris, & qui ad illa convolverint, & in quos Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem iurisdictionem obtinent, pri-

Andr. sequuntur ibidem Lapus Abbas ejus discipulus, Anchar. Gemin. & Franch. Idem sentit. Archidiaconus in c. Nullus, de temp. ordinat. lib. 6. in verb. Instant. ibi (Et tunc potest etiam Abbas conferre clericalem tonsuram infanti ingresso religionem.

Hæc opinio probatur primo per text. in dicto cap. Abbas in verb. Convolverint, junctâ expositione glossæ ibi probata à Doctores; deinde per textum in c. fin. de temp. ordin. lib. 6. dum ibi disponitur, infanti posse conferri Clericalem tonsuram, si ingrediatur Religionem, quia Ordinarius ad effectum ordinationis dicitur ratione originis, beneficii, vel domicilii, cap. Cum nullus ubi omnes, eod. tit. & libro. At Novitius contrahit domicilium in loco, in quo agit annum probationis, ex notatis per Doctores in dicto cap. Cum nullus, §. fin. quo textu cum decernatur, ut Religiosi in non exemptis monasteriis manentes possint ordinari à Diocetano loci monasterii quamvis aliunde originem ducant, Doctores hoc jus ordinandi tribuentes domicilio, inferunt idem procedere in Novitio, ut & ipse à Diocetano loci, in quo est in probatione positus, debeat ordinari: quod ibi notat Lapus, Pet. de Anchar. & Franch. Quorum opinio casui nostro optimè congruit: nam sicut ibi contrahitur domicilium respectu Episcopi, quia Prioratus, in quo novitius morabatur, non erat exemptus, sed subiectus Diocetano; ita in casu nostro, in quo agimus de novitio manente in monasterio exempto, cui præest Abbas habens ordinandi facultatem, is contrahit domicilium quoad Abbatem; & ita illius ratiōne illi subditus efficitur ad effectum ordinationis: & quod Novitius videatur voluisse mutare domicilium, tradit etiam post Goffred. Host. Arch. & Guill. de Monte Laudun. Henric. Boyec. in c. De his, in 2. col. in fin. de sepultur. Quod etiam probant omnes, qui existimant canonicam portionem Novitij ante professionem decedentis non deberi Priori Ecclesie, cuius erat ante ingressum Parochianus, quia scilicet esse desit per talem ingressum, Joann. Andr. Barbatia, & alii congesti per Tiraquell. de retrat. ligenag. §. 1. glof. 8. n. 23. & quamvis novitius exire possit, tamen satis est, ut possit etiam in monasterio manere, & quidem perpetuò ad effectum ordinationis iudicetur, ut notat Lap. Anchar. & Franch. in d. c. Cum nullus §. fin. in fin.

**S**ed dubium eò respicit, an sic ordinatus rectè ordinatus fuerit, adeo ut in suspensionem non incidit.  
Hoc dubium si Summistis sit deferendum, negativè decidendum fuerit; ita enim lenserunt Raym. Goffred. & summ. consess. quos refert, & sequitur Sylvest. in verb. Religio, §. n. 17. Angel. in verb. Novitius, num. 19. Tabien. in eod. verb. num. 14.  
Hi omnes nullam aliam rationem adducentes, nituntur textu cap. Monasterium, 19. qu. 3. ubi habetur ad conversionem susceptos ante biennium non esse tonsurandos, quod biennij tempus ad annum postea fuit coarctatum, ut notat. Vazvece, relatus per Sylvestr. ubi supra. Ratio hujus opinionis Summistarum colligitur ex d. c. Monasterium, quia ante hujus temporis lapsum vita, moreseque novitij non satis possumt esse perfecti.

Verum neque tanta est Summistarum auctoritas, neque textus, ac ratio, quibus moventur usque adeo hanc sententiam comprobant, ut contraria non videatur potius sequenda, quæ gravissimos auctores Canonistas habet, & gravioribus est ratiōibus munita.  
Quod enim novitius possit à suo Abbate suscipere primam tonsuram, ac minores Ordines aptè scripserunt gloss. in cap. Abbates, in verb. Convolverint, de privi. lib. 6. dum exponit verb. Convolverint, idest ut convertantur, & fiant Monachi, idem ibi clarè tradit Jo. Andr. tamen si consulat, ut Abbas abstineat à tali ordinatione intra annum, quia posset postea exire, & ita fraus fieret suo Diocetano, Joann.

**10** Tertiò potestas rectè ordinandi pendet à iurisdictione, ut habetur in d. c. Cum nullus, & in c. 1. & per tot. 9. qu. 2. & in c. 3. de Paroch.  
**11** Novitius autem etiam durante anno probationis quamvis non sit Religiosus cum effectu, negari tamen non potest quia interim fit sub iurisdictione Ecclesiastica, adeo ut perpetuò sit conveniendus coram iudice Ecclesiastico Hostien. Arch. & Joann. Andr. in c. Religio, §. fin. de sent. excomm. lib. 6. quo textu ait Archid. corrigi sententiam Innocentij, qui negabat personam hujusmodi esse religiosam in c. Sratimus, 2. de regul. Hinc, & rectè adnotavit Lapus, quem Gemin. & Franc. sequuntur in d. c. Abbates, & si Joann. Andr. postquam expressit novitium posse ordinari ab Abbate, subdicit cum facere contra cap. Religioso, tamen re vera d. cap. Facie pro: nam quamvis eo textu dicatur non esse

religiosus cum effectu, idque videatur adversari sententia nostram tamen revera potius faciet dum disponit, ut si quis in eum manus violentas injiciat, incidat in excommunicationem latæ sententia.

Huic opinioni adspiciuntur etiam cons. Feder. de Sen. 32. incipien. *Quæstio ista est.* Quidam de populo, ubi respondit eum, qui cum esset de populo interdicto, ingressus erat religionem, posse in anno probationis ordinari ab Episcopo, quamvis in statu laicali non posset absque absolutione à sententia interdici: & sic Federic. sentit ad effectum ordinationis novitium ceteri uti Religiosum, & judicari talem quem præfens tempus demonstrat, tamen postea consultus esse censet à tali ordinatione abstinere, quam tamen de jure licitam putat.

Hinc patet posteriorem hanc sententiam graviorem habere auctores nem Canonistas in d. c. *Abbate*, atque eos, qui in cap. *Cum nullus*, sentiunt novitium esse ordinandum à Ducefano loci monasterii: nam & hi ut supra ponderati pro hac sententia numerari possunt, patet etiam firmiores habere rationes.

- 13 Nec obstat tex. in d. c. *Monasterium*, 19. q. 3. quia illud verbum, *Tonfurari*, incaute acceptum est à Summis pro prima tonsura, cum tamen ibi significet tonsuram Monachalem, ex qua professio inducebatur, ut ibi notavit Turrecrem. & videre est ex his, quæ tradunt Doctores in c. *Non solum*, de regul. lib. 6. dum caventes Novitio, moment illi esse periculosum facere sibi magnam tonsuram, quia ex illa inducitur tacta professio, quod in specie tradit ibi Franch. in 2. col. vers. *Quartò quando*; & hanc interpretationem valde comprobatur textus in c. 2. de regul. ubi cum disponitur, ut quis tonsurari non debeat ante atatem legitimam, Doctores ita accipiunt, ut non debeat tonderi, ut fiat Monachus per professionem, ut notat ibi Abb. n. 2. in fin. quod etiam indicat d. c. *Monasterium*, dum subdit, ne quis eorum non sit contentus, eo quod noluit, aut ratum non habeat quod elegit. Quæ ratio congruit professioni inducenda per tonsuram Monachalem, non autem susceptioni primæ tonsuræ, quia nec per illius, nec per minorum Ordinum susceptionem inducitur in religionem tacta professio, ut per DD. in d. c. *Abbate*, quæ tamen inducitur per Tonsuram Monachalem DD. in d. c. *Non solum*, & in d. c. 2.
- 16 Non obstat, quod Abbas nosse eo tempore non poterit mores novitii: nam respondetur, quamvis non satis eos noverit ad effectum professionis, ad quam major, & diuturnior probatio requiritur ob mutuam, & in dissolubile obligationem ex parte religionis, & novitii insurgentem juxta cap. *Ad Apostolicam*, de Regularibus, potuit tamen sufficienter nosse ad effectum conferendi primam tonsuram, cum indole illius non cognita non sit verisimile, ut illum admiserit ad Religionem cap. *Præfens*, 55. dist. 1. Ac præterea dummodo Abbas in eum jurisdictionem habeat, quamvis undequaque sibi non sit notus, eum potest ordinare, cum notitia non sit necessaria ex commoratione, sed aliunde desumi possit. Quod satis liquet ex eo, quod Episcopus potest ordinare eum, qui declaratione sua momento temporis acquirit domici-

ilium in Dicecesi. Franch. in d. c. *Cum nullus*, ubi etiam alii super glof. in verb. *Domicilium*, de tempor. ordin. lib. 6.

Item ex eo, quod Episcopus potest statim ordinare eum, cui beneficium contulerit, ut ibidem per DD. & tamen utroque casu ordinandus incognitus esse potest ordinatori: sic etiam Episcopus ordinat eum, cujus pater in dicecesi originem habet, quamvis ipse alibi natus sit, ut tradunt ibi DD. & hic tamen incognitus esse potest. Innumera alia exempla colligi possunt, quibus abundè liqueat ordinantem, dum in ordinatum habeat jurisdictionem, non excludi à facultate illum ordinandi ob notitiam defectum, dum tamen illam debitè modis assumat; licet congruentius fortassis esset, si talem ordinationem ad Episcopum, in cujus dicecesi ordinandus vixit, & notior esset, rejiceret, sicut Episcopo loci beneficii, & hinc nostro Abbati prudenter consuluerunt DD.

- 18 Minus obstat quod si quis injiciat manus violentas in clericum, & deinde religionem ingrediat, non possit absolvi ab Abbate, quasi ei non subiectus durante anno probationis. Innoc. in cap. *Cum illorum*, de senten. excomm. Joann. Andr. Lap. Anchar. & alii commutari à Tiraquell. dist. loco mon. 31. Nam præterquam quod huic opinioni contradicunt nedum Archid. in dicto cap. *Religioso*, quem solum ab ea dissentire falso ait Tiraquell. sed etiam Raym. & Host. ibid. ab Archid. citati: quatenus tamen eadem opinio vera esset, intelligeretur cum quis incidisset in Canonem ante ingressum; quod si incidisset durante anno probationis, ab Abbate posset absolvi. Ita conciliandum Innoc. qui in c. *Monachi*, de sent. excomm. scribit contrarium ejus, quod tradiderat in d. c. *Cum illorum*, docuit Joann. Andr. ibid. Franch. in d. c. *Religioso*, dicens ita ibi sentire DD. ex quo sequitur ut Abbas habeat jurisdictionem absolvendi, dum tamen in Canonem non incidit ante ingressum.

Tandem non adversatur huic opinioni quod hic novitius vel sit religiosus sub conditione, adeo ut ante conditionis implementum religiosus non sit, vel saltem sit purè religiosus sub conditione resolutive, adeo ut eo postea ad sæculum remeante, & sic non impleta conditione, nunquam videatur fuisse religiosus; quod traditum est ab Anchar. in cons. 69. num. 8. & 9. Nam utcumque se res habeat, tam quoad veritatem hujusmodi opinionis, quam aliarum multarum traditionum, quæ habentur in hac materia apud Tiraquell. ubi supra & DD. in c. *Beneficium*, de regula. lib. 6. & d. c. *De his*, de Sepultur. & Feder. de Sen. d. cons. 32. An scilicet ex quo novitius est in statu dubio, de eo sit iudicandum ac si sit Religiosus, vel Sæcularis: certè quantum ad nostram questionem pertinet, omnis aliis effectibus, satis est ut subdit jurisdictioni Abbatis, & in ejus monasterio domicilium contraxerit, cum ex horum altero proveniat jus illum interim ordinandi. Et quamvis hic status postea resolvatur per egressum novitii, non tamen resolvuntur actus perfecti medio tempore gestii, ut patet ex plenè notat. per Tiraquell. de retract. convent. §. 2. gl. un. n. 74.

- 21 Nec cum ita se habeant, aperte sequitur ut hoc jus duret etiam post Concilium: cum decretum

tum c. 17. sess. 23. adimens Abbatibus jus ordinandi alios, quam Regulares sibi subditos, Novitium non excludat, de quo tanquam de regulari ad hunc effectum judicatur, ut sentit Feder. d. cons. 32. in fin. præsertim cum Novitius etiam absolutè Regularis, & Religiosus dici possit saltem lato modo, Jo. Andr. Franc. & alii in d. c. *Beneficium ex commun.* Nauarr. cons. 5. & 6. de foro competen. Rebuff. in præf. de dispensat. cum Regularibus facta, num. 23. & sufficit ut sint tales lato modo, ut non excludantur à Concilio, & minusquam fieri possit corrigatur jus antiquum, c. *Cum Expectat*, de elect. lib. 6. cum concordantibus.

DE APPELLATIONIBUS.

Cap. Ad nostram.

SUMMARIUM.

- 1 Regularibus à correctione Prælatorum suorum appellare non licet.
- 2 Appellationis remedium ad quid institutum, & num. 4.
- 3 Prælati regularis corrigens subditorum excessus recusari non potest.
- 4 Appellatio à correctione legitima non admittitur.
- 5 Appellatio in his, quæ ad visitationem, & morum correctionem spectant admittitur ad effectum devolutivum tantum, non suspensivum, & num. 599.
- 6 Appellare non licet in casibus visitationis, & correctionis ante definitivam sententiam à quocumque gravamine.
- 7 Nisi à definitiva appellari non possit, aut gravamen sit irreparabile.
- 8 Appellari potest post definitivam in casibus visitationis, & correctionis, sed appellatio non suspendit executionem.
- 9 Concilium Tridentinum à decretis visitationis, & correctionis sustulit appellationem suspensivam non devolutivam.
- 10 Metropolitani potest cognoscere de excessu, si Episcopus carceret subditos in materia correctionis, dummodo non impeditur executionem.
- 11 Appellari potest ad utrumque effectum, si Prælati excedat modum in corrigendo, & procedat tela iudicialia, & n. sequ. usque in finem.
- 12 Monachus, sicut & Clericus appellare potest à correctione si fiat in forma iudicij.
- 13 Correctio sit ad penitentiam.
- 14 Blasphemia, seu adulterij punicio non comprehenditur correctionis morum appellationes, quando Episcopus iudicialiter procedit.
- 15 Corrigeno quid sit.

AD NOSTRAM. A correctione non appellatur, nisi modus excedat. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit causam mandati. Secundò ipsam mandatum ibi, mandamus.

- 1 Nota ex textu à correctione Prælati regularis non dari appellationem. Et pondera rationem in littera expressam, quia remedium à appellationis non ideo est inventum, ut alicui

à religionis, & Ordinis observantia exorbitanti, id est quasi per excitationem mentis deviam seculandum Host. num. 5. debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, concordat c. *Regularibus*, ibi [Ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare presumant] Et ob eandem rationem non admittitur recusatio, cap. *Cum speciali*, ubi id notant Innoc. Host. Jo. Andr. & alii infra eod. glossa fin. hic, & Guidopap. num. 2. vers. *Qua de causa*.

4 Ceterum etsi hæc Constitutio loquatur in Regularibus tamen inspecta mente vendicat sibi locum etiam in aliis subditis, prout illam Doctores communiter intelligunt, præsertim Innocen. post princ. (Et quod dicitur, inquit, in corrigendis excessibus Regularium, idem intelligimus etiam de excessibus aliorum subditorum) & Host. cum 3. in vers. *A Religiosis* Bald. num. 2. Abb. num. 7. & 8. Alex. de Novo n. 13. & 14. Et propterea in prædicta decretali, Reprehensibilis, dicitur hoc præcipue in religiosus esse observandum: quia scilicet in eis viget peculiaris ratio propter obedientiam, & regularia instituta. Sed tamen superius ponitur generalis prohibitio, nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant. Concordat c. *Licet*, & c. *Irrefragabili* in princ. supra de Offic. Ordin. & c. *Per venit*, si infra eod. remedium, namque appellationis non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentie est institutum, ut legitur in d. c. *Cum speciali* §. *Porro*, & unaquaque re utendum est ad eum usum, in quem fuit instituta c. *Is autem* 22. qu. 2. c. *Licet*, il 2. 45. dist. cum aliis allegatis per glossam primam, & Host. in princ. Præterea appellatio iudicialis est, ut sententia in melius reformetur, licet aliquando in deterius fiat per iudicem ad quem, ut dicit tex. in l. 1. in princ. ff. de appell. & ideo cum per appellationem debeat sententia in melius reformari, & iniquitas primi iudicis corrigi, non debet ejus contrarium operari, arg. l. *Legata* inultiter ff. de adimen. legat. in l. *Cum tale* §. *Falsam* legat. ff. de condit. & demonstr. & observat hic Guidopap. num. 2. Unde hæc regulam videlicet à correctione legitima non appellari generaliter ponunt hic glossa fin. & Host. ubi supra. Jo. Andr. Butr. Cardin. Bald. Abb. & alii omnes in principio.

Declaratur hæc regula, ut procedat quoad effectum suspensivum tantum, ut satis innuunt verba d. c. *Irrefragabili* de Off. Ordin. ibi (Executionem ipsorum nulla confuetudo, vel appellatio valeat impedire) & apertius hodie factum est à Tridentino Synodo in c. 1. vers. *Nec appellatio*, sess. 22. & fultus in c. 10. sess. 24. ubi ut Episcopi aptius quem regunt populum possint in officio, atque obedientia continere statuitur, ut omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant jus habeant etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati ex ordinandi, & exequendi, quæ illis pro subditorum emendatione, & Dicecesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, & morum correctione agitur exemptio, aut alia inhibito